## De ſolutione paralogiſmorum colligentium nugationem.

### Cap. XXXI.

*1 Ratio ſoluendi hos paralogiſmos, qui ducunt ad tautologiam in relatis, 2 vel in ſpecie generi ſubiecta, 3 vel in propriis affectionibus.*

A QVod verò ad eos *paralogiſmos*, qui ad idem ſæpius dicendum perducunt: perſpicuum *eſt* non *eſſe* concedendum, relatorum categorias ſeparatas *&* per ſe acceptas, aliquid ſignificare; vt duplum, ſeorſum ab *oratione*, duplum dimidii: quoniam vnum *eſſe* apparet. nam & decem *ponuntur* in *oratione* vno minus decem: & *verbum* facere, in *oratione* non facere: & omnino in negatione affirmatio: neque tamen, ſi quis dicat hoc non eſſe album, dicit ipſum album eſſe. duplum verò fortaſſe nihil ſignificat ſolum *&* *per ſe*, ſicuti nec quod in dimidio: aut ſi *quid* ſignificat, non tamen idem atque coniunctum.

B 2 Neque ſcientia in ſpecie: (veluti, ſi eſt ſcientia medica,) ſignificat id quod commune: illud autem erat ſcientia *rei* ſcibilis. 3 In attributis autem quæ per ſubiecta declarantur, hoc dicendum *eſt*, non idem eſſe, quod ſeorſum, & quod in oratione ſignificatur. nam curuum, *ſi* communiter *ac per ſe accipiatur*, idem ſignificat in ſimo & *in* varo: adiunctum autem *ſubiecto*, nihil prohibet *quominus aliud atque aliud ſignificet*: ſed alterum naſo, alterum cruri accidit: illic enim ſimum, hîc verò varum ſignificat. nec quicquam refert, naſus ſimus, an naſus curuus dicatur.

C 4 Præterea non *eſt* dictio concedenda in recto *caſu*: quia *id* falſum eſt: non enim ſimum eſt naſus curuus, ſed naſi hoc, putà, affectio. Quare nihil abſurdi *ſequitur*, ſi naſus ſimus, eſt naſus habens curuitatem naſi.

ΠΕΡΙ δὲ τῶν ἀπαγόντων εἰς ταὐτὸ πολλάκις εἰπεῖν, φανερὸν ὡς οὐ δοτέον τῶν πρός τι λεγομένων σημαίνειν τι χωριζομένας καθ' αὑτὰς τὰς κατηγορίας· οἷον, τὸ διπλάσιον ἄνευ τοῦ διπλάσιον ἡμίσεος· ὅτι ἐν φαίνεται. καὶ γὰρ τὰ δέκα, ἐν τοῖς ἑνὸς δέουσι δέκα· καὶ τὸ ποιῆσαι, ἐν τῷ μὴ ποιῆσαι· καὶ ὅλως ἐν τῇ ἀποφάσει ἡ φάσις· ἀλλ' ὅμως οὐκ, εἴ τις λέγει τοδὶ μὴ εἶναι λευκὸν, λέγει αὐτὸ λευκὸν εἶναι. τὸ δὲ διπλάσιον, οὐδὲ σημαίνει οὐδὲν ἴσως μόνον, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἐν τῷ ἡμίσει· εἰ δ' ἄρα καὶ σημαίνει, ἀλλ' οὐ ταὐτὸ καὶ συνηρημένον.

2 Οὐδ' ἡ ἐπιστήμη ἐν τῷ εἴδει, (οἷον, εἰ ἔστιν ἡ ἰατρικὴ ἐπιστήμη,) ὅπερ τὸ κοινόν· ἐκεῖνο δ' ἦν ἐπιστήμη ἐπιστητοῦ. 3 Ἐν δὲ τοῖς δι' ὧν * δηλοῦνται κατηγορουμένοις, τοῦτο λεκτέον, ὡς οὐ τὸ αὐτὸ χωρὶς, καὶ ἐν τῷ λόγῳ, τὸ δηλούμενον· τὸ γὰρ κοῖλον, κοινῇ μὲν, τὸ αὐτὸ δηλοῖ ἐπὶ τοῦ σιμοῦ καὶ τοῦ ῥαιβοῦ. προστιθέμενον δὲ, * οὐδὲν κωλύει· ἀλλὰ τὸ μὲν, τῇ ῥινί· τὸ δὲ, τῷ σκέλει συμβαίνει· ἔνθα μὲν γὰρ τὸ σιμὸν, ἔνθα δὲ τὸ ῥαιβὸν σημαίνει· καὶ οὐδὲν διαφέρει εἰπεῖν, ῥὶς σιμὴ, ἢ ῥὶς κοίλη.

2 Ἔτι, οὐ δοτέον τὴν λέξιν κατ' εὐθύ· ψεῦδος γάρ ἐστιν· οὐ γάρ ἐστι τὸ σιμὸν, ῥὶς κοίλη· ἀλλὰ ῥινὸς τοδὶ, οἷον, πάθος· ὥστε οὐδὲν ἄτοπον, εἰ ἡ ῥὶς ἡ σιμὴ, ῥίς ἐστιν ἔχουσα κοιλότητα ῥινός.

Cap. vi.

Rectè Gruchius; ἐμφαίνεται, vulgò, ἐν φαίν. ineptè

Alexander ἀλλ' οὐ ταὐτὸ διῃρημένως, καὶ συνῃρημένως.

γ. δηλοῦνται

Gruchius; οὐδὲν κ. ἀλλὰ τὸ μὲν τῇ ῥινί, τὸ δὲ τῷ σκέλει σημαίνει. quæ eſt Boetii quoque lectio, ſi tollas vocem ἄλλο, Metaphyſ. lib. ζ. cap. 5. & l. ε. c. 1.

---

## De vitandis ſolœciſmis.

### Cap. XXII.

*1 Tranſitio. 2 Exemplum primum, 3 ſecundum, 4 tertium, 5 quartum; 6 quintum; 7 Hos paralogiſmos non efficere ſed tantùm videri efficere ſolœciſmum.*

D DE ſolœciſmis autem, vnde videantur effici, diximus antea: quomodo verò ſoluendi *ſint*, in ipſis argumentationibus apparebit.

2 Hæ namque omnes hoc volunt efficere: Num quod dicis verè, etiam eſt hoc re vera? ais autem aliquid eſſe lapidem: eſt igitur aliquid, lapidem. An qui dicit lapidem, non dicit quod, ſed quem: neque hoc, ſed hunc: Quare ſi quis *ita* interroget,

ΠΕΡΙ δὲ τῶν σολοικισμῶν, παρ' ἃ τί μὲν φαίνονται συμβαίνειν, εἴπομεν πρότερον· πῶς δὲ λυτέον, ἐπ' αὐτῶν τῶν λόγων ἔσται φανερόν. 2 Ἅπαντες γὰρ οἵδε τοῦτο βούλονται κατασκευάζειν· ἆρ' ὃ λέγεις ἀληθῶς, καὶ ἔστι τοῦτο ἀληθῶς; φὴς δέ τι εἶναι λίθον, ἔστιν ἄρα τι; λίθον· ἢ τὸ λέγειν λίθον, οὐκ ἔστι λέγειν ὃ, ἀλλ' ὃν, οὐδὲ τοῦτο, ἀλλὰ τοῦτον; εἰ οὖν ἔροιτό τις,

ἆρα ὃν ἀληθῶς λέγεις, ἔστι τοῦτον; οὐκ ἂν δόξειεν ἑλληνίζειν· ὥσπερ οὐδ' εἰ ἔροιτο, ἆρ' ἣν λέγεις εἶναι, ἔστιν οὗτος; ξύλον δ' εἰπεῖν οὗτος, ἢ ὅσα μήτε θῆλυ μήτ' ἄρρεν σημαίνει, οὐδὲν διαφέρει· διὸ καὶ οὐ γίνεται σολοικισμός, εἰ ὃ λέγεις εἶναι, ἔστι τοῦτο· ξύλον δὲ λέγεις εἶναι, ἔστιν ἄρα ξύλον· ὁ δὲ λίθος καὶ τὸ οὗτος, ἄρρενος ἔχει κλῆσιν· εἰ δέ τις ἔροιτο, ἆρ' οὗτος ἐστιν αὕτη; εἶτα πάλιν, τί δέ; οὐχ οὗτος ἐστι Κορίσκος; εἶτα εἴποι, ἔστιν ἄρα οὗτος αὕτη, οὐ συλλελόγισται τὸν σολοικισμὸν, οὐδ' εἰ τὸ Κορίσκος σημαίνει ὅπερ αὕτη, μὴ δίδωσι δ' ὁ ἀποκρινόμενος· ἀλλὰ δεῖ τοῦτο προσερωτηθῆναι· εἰ δὲ μήτε ἐστὶν, μήτε δίδωσιν, οὐ συλλελόγισται, οὔτε τῷ ὄντι, οὔτε πρὸς τὸν ἐρωτώμενον. ὁμοίως οὖν κἀκεῖ δεῖ τὸν λίθον σημαίνειν οὗτος, εἰ δὲ μήτε ἐστὶ, μήτε δίδοται, οὐ λεκτέον τὸ συμπέρασμα· φαίνεται δὲ παρὰ τὸ τὴν ἀνόμοιον πτῶσιν τοῦ ὀνόματος, ὁμοίαν φαίνεσθαι.

3 Ἆρα ἀληθὲς ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι αὕτη ἐστὶν, ὅπερ εἶναι φῂς αὐτήν; εἶναι δὲ φῂς ἀσπίδα· ἔστιν ἄρα αὕτη, ἀσπίδα· ἢ οὐκ ἀνάγκη, εἰ μὴ τὸ * αὕτη, ἀσπίδα σημαίνοι, ἀλλὰ ἀσπίς, τὸ δὲ ἀσπίδα, ταύτην.

γρ. αὐτή, quod Grucius rectè mutauit.

4 Οὐδ' εἰ ὃ φῂς εἶναι τοῦτον, ἔστιν οὗτος· φῂς δὲ εἶναι Κλέωνα, ἔστιν ἄρα οὗτος Κλέωνα· οὐ γὰρ ἐστὶν οὗτος Κλέωνα· εἴρηται γὰρ, ὃν φημὶ τοῦτον εἶναι, ἔστιν οὗτος, οὐ τοῦτον· οὐδὲ γὰρ ἑλληνίζοι οὕτως τὸ ἐρώτημα λεχθέν.

5 Ἆρ' ἐπίστασαι τοῦτο; ἔστι δὲ λίθος· ἐπίστασαι ἄρα λίθος· ἢ οὐ ταὐτὸν σημαίνει ἐν τῷ, ἆρα ἐπίστασαι τοῦτο; καὶ ἐν τῷ, τοῦτο δὲ λίθος; ἀλλ' ἐν τῷ προτέρῳ, τοῦτον· ἐν δὲ τῷ ὑστέρῳ, οὗτος.

6 Ἆρ' οὗ ἐπιστήμην ἔχεις, ἐπίστασαι τοῦτο; ἐπιστήμην δὲ ἔχεις λίθου· ἐπίστασαι ἄρα λίθου· ἢ τὸ μὲν τούτου, λίθου λέγεις· τὸ δὲ τοῦτο, λίθον; ἐδόθη δὲ, οὗ ἐπιστήμην ἔχεις, ἐπίστασθαι, οὐ τούτου, ἀλλὰ τοῦτο· ὥστε οὐ λίθου, ἀλλὰ λίθον.

7 Ὅτι μὲν οὖν οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων οὐ συλλογίζονται σολοικισμὸν, ἀλλὰ φαίνονται, καὶ διὰ τί φαίνονται, καὶ πῶς ἀπαντητέον πρὸς αὐτοὺς, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων.

A Num quem verè dicis, eſt hunc? non videbitur Latinè loqui: quemadmodum nec ſi interroget, Num quam dicis eſſe, eſt hic? At *cùm* hic lignum dixit, vel quæcumque *alia* neque fœminam neque maſculum ſignificant, nihil refert. Ideóque non fit ſolœciſmus; ſi, quod dicis eſſe, eſt hoc; lignum autem dicis eſſe, eſt igitur lignum. Sed lapis, *& articulus* Hic, maſculi habent appellationem. Si quis autem interroget, Num hic eſt hæc? deinde rurſus, quid? non*ne* hic eſt Coriſcus? poſtea dicat, hic igitur eſt hæc: non collegit ſyllogiſmo ſolœciſmum, nequidem ſi Coriſcus ſignifi- B cet id quod hæc, non tamen concedatur à reſpondente: ſed id priùs interrogatum oportuit. Quòd ſi neque eſt, neque conceditur, non eſt ſyllogiſmus, nec re vera, nec aduersùs eum, qui interrogatur. Ergo ſimiliter & ibi oportet lapidem ſignificare hic: ſi verò nec eſt nec conceditur, non *eſt* admittenda concluſio: videtur tamen; quia nominis caſus diſſimilis, videtur ſimilis.

3 Num verè dicitur quòd hæc eſt id C quod dicis hanc eſſe? ais autem eſſe parmam: eſt igitur hæc parmam. An non eſt neceſſe *hanc concluſionem* admittere, ſi Hæc, non ſignificat parmam, ſed parma; *&* parmam verò *eſt* hanc.

4 Nec ſi, quod ais eſſe hunc, eſt hic, ais autem eſſe Cleonem, idcirco hic eſt Cleonem: non.n. eſt hic Cleonem: quippe dictum fuit, Quem aio hunc eſſe, eſt hic, non, hunc: quia non eſt Latina ſic prolata interrogatio.

5 Num ſcis hoc? eſt autem lapis; ſcis igitur lapis. An non idem ſignificat in *oratione*, Num ſcis hoc? & in *oratione*, hoc D autem *eſt* lapis? ſed in priore hunc: in poſteriore, hic.

6 Num cuius ſcientiam habes, hoc ſcis? habes autem ſcientiam lapidis: ſcis igitur lapidis: An *cùm dicis* huius, dicis lapidis: *cùm* hoc, lapidem? conceſſum eſt autem, cuius ſcientiam habes, *te* ſcire, non huius, ſed hoc: proinde non lapidis, ſed lapidem.

7 Quòd igitur huiuſcemodi argumen- E tationes non concludant ſolœciſmum, ſed *modò* videantur *concludere*, & cur videantur, & quomodo *ſit* ipſis occurrendum, ex iis quæ diximus, apparet.

## De facilitate, vel difficultate cognoſcendi genus captionis, & reſpondendi. Cap. XXIII.

*1 Diuiſio paralogiſmorum in faciles & difficiles, 2 quæ declaratur exemplis. 3 Hi, qui non facilè cognoſcuntur, vocantur acuti. 4 Dubitationis acutæ diuiſio in dialecticam & litigioſam. 5 ac ſubdiuiſio dialecticæ in genus primum, 6 & ſecundum. 7 item litigioſæ ſubdiuiſio in genus primum, 8 & ſecundum. 9 Corollarium. 10 Diuiſio argumentationis, & ſolutionis: quia vel eſt ad rem, vel hominem, vel ad tempus.*

A Oportet autem intelligere, ex omnibus argumentationibus, quaſdam eſſe in quibus facilè perſpicitur; alias, in quibus difficulter *deprehenditur*, quam ob cauſam, & in quo decipiant auditorem, cùm *hæ* ſæpe ſint eædem, atque illæ. nam eandem argumentationem oportet appellare, quæ ex eodem *loco* ducitur. eadem verò argumentatio aliis ex dictione *ſumi*, aliis ex accidente, aliis ex alio *loco* videri poteſt: quia ſingula, cùm transferuntur, non æquè ſunt perſpicua.

2 Quemadmodum igitur in *captionibus* ex homonymia *ductis*, (qui quidem modus frequentiſſimus eſt inter paralogiſmos,) quædam ſunt quibuslibet perſpicua, (ac ferè omnes orationes ridiculæ ſumuntur ex dictione: veluti, Vir ferebat per ſcalas δίφρον. &, ὅπου στέλλεσθε? ad antemnam. &, Vtra boum antè pariet? neutra: ſed retrò ambæ. & Eſt*ne* Boreas καθαρός? nequaquam; interfecit enim mendicum, & mercatorem. *Eſt* ne Euarchus? minimè: ſed Apollonides. eodémque modo *fiunt* aliæ fermè pleræque *captiones*:) B alia vel maximè peritos videtur latere: (cuius *rei* ſignum eſt: quia contendunt ſæpe de nominibus: veluti, vtrum Ens & vnum eâdem ſignificatione de omnibus dicantur, an diuerſâ: nonnullis enim videtur & Ens & Vnum eodem modo ſemper accipi: alii verò Zenonis & Parmenidis argumentationem *ex eo* diſſoluunt, quòd Ens & Vnum multifariàm dici videntur,) C ita argumentationum, quæ ex accidente & ſingulis aliis *locis* ducuntur, aliæ *ſunt* viſu faciliores, aliæ difficiliores: & perſpicere, in quo *ſint captionum* genere, & vtrùm elenchus an non elenchus *ſit*, non æquè facile *eſt* in omnibus.

3 Eſt autem acuta argumentatio, quæ dubitare maximè facit: hæc enim maximè mordet.

4 Dubitatio verò eſt duplex: altera in argumentationibus ſyllogiſticè concludentibus, vtra interrogatio ſit tollenda: altera D in litigioſis, quomodo quis dicat, quod propoſitum eſt. Idcirco in ſyllogiſticis *diſputationibus* acutiores argumentationes maximè faciunt vt quæratur. 5 Eſt autem ſyllogiſtica *argumentatio* acutiſſima, ſi quis ex iis quæ quàm maximè videntur probabilia,

A Δεῖ δὲ καταμαθεῖν, ὅτι πάντων τῶν λόγων, οἱ μὲν, εἰσὶ ῥᾴους κατιδεῖν, οἱ δὲ, χαλεπώτεροι, παρὰ τί, καὶ ἐν τίνι παραλογίζονται τὸν ἀκούοντα, πολλάκις οἱ αὐτοὶ ἐκείνοις ὄντες. τὸν αὐτὸν γὰρ λόγον δεῖ καλεῖν, τὸν παρὰ ταὐτὸν γινόμενον· ὁ αὐτὸς δὲ λόγος, τοῖς μὲν, παρὰ τὴν λέξιν· τοῖς δὲ, παρὰ τὸ συμβεβηκὸς τοῖς δὲ, παρ' ἕτερον δόξειεν ἂν εἶναι· διὰ τὸ μεταφερόμενον ἕκαστον, μὴ ὁμοίως εἶναι δῆλον.

2 Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, (ὅσπερ δοκεῖ τρόπος * εὐηθέστατος εἶναι τῶν παραλογισμῶν,) τὰ μὲν, καὶ τοῖς τυχοῦσίν ἐστι δῆλα· (καὶ οἱ λόγοι σχεδὸν οἱ γελοῖοι, B πάντες εἰσὶ παρὰ τὴν λέξιν· οἷον, ἀνὴρ ἐφέρετο κατὰ κλίμακος * δίφρον. καὶ, ὅπου στέλλεσθε; πρὸς τὴν κεραίαν· καὶ, πότερα τῶν βοῶν ἔμπροσθεν τέξεται; οὐδετέρα, ἀλλ' ὄπισθεν ἄμφω· καὶ καθαρὸς ὁ βορέας, οὐ δῆτα· ἀπέκτεινε γὰρ τὸν πτωχὸν, καὶ τὸν ὠνούμενον· ἆρ' * Εὔαρχος; οὐ δῆτα, ἀλλὰ Ἀπολλωνίδης· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν οἱ πλεῖστοι) τὰ δὲ, καὶ τοὺς ἐμπειροτάτους φαίνεται λανθάνειν· (σημεῖον δὲ τούτου, ὅτι μάχονται πολλάκις περὶ τῶν ὀνομάτων· οἷον, πότερον ταὐτὸν C σημαίνει τὸ ἓν κατὰ πάντων, καὶ τὸ ὄν, ἢ ἕτερον; τοῖς μὲν γὰρ δοκεῖ ταὐτὸν σημαίνειν τὸ ὂν, καὶ τὸ ἕν· οἱ δὲ, τὸν Ζήνωνος καὶ Παρμενίδου λύουσι λόγον, παρὰ τὸ πολλαχῶς φαίνεσθαι τὸ ἓν λέγεσθαι, καὶ τὸ ὄν) ὁμοίως καὶ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, οἱ μὲν, ἔσονται ῥᾴους ἰδεῖν· οἱ δὲ χαλεπώτεροι τῶν λόγων· καὶ λαβεῖν ἐν τίνι γένει, καὶ πότερον ἔλεγχος, ἢ οὐκ ἔλεγχος, οὐ ῥᾴδιον ὁμοίως περὶ πάντων. 3 Ἔστι δὲ δριμὺς λόγος, ὅστις ἀπορεῖν ποιεῖ μάλιστα. δάκνει γὰρ οὗτος μάλιστα.

D 4 Ἀπορία δέ ἐστι διττή· ἡ μὲν ἐν τοῖς συλλελογισμένοις, ὅ, τι ἀνέλοι τις τῶν ἐρωτημάτων· ἡ δὲ, ἐν τοῖς ἐριστικοῖς, πῶς εἴποι τις τὸ προτεθέν· διόπερ ἐν τοῖς συλλογιστικοῖς, οἱ δριμύτεροι λόγοι, ζητεῖν μᾶλλον ποιοῦσιν.

5 Ἔστι δὲ συλλογιστικὸς μὲν λόγος δριμύτατος, ἂν ἐξ ὅτι μάλιστα δοκούντων ἐνδόξων,

Cap. VII.

γρ. εὐηθέστατος minùs rectè forte pro εὐφυέστατος. Sic initio libri prioris ὧν εἷς τίς ἐστι εὐφυέστατος καὶ δημοσιώτατος ὁ παρὰ τῶν ὀνομάτων.

γρ. διάφορον. ita Alexander: quod ipſe ita interpretatur; quaſi diceret Ariſt. ὁ, ἀνὴρ ἐφ. κ. κλ. eſſe διάφορον, hoc eſt, ἀμφίβολον.

ὅτι μάλιστα ἔνδοξον ἀναιρῇ τις, καὶ κατασκευάζῃ· εἷς γὰρ ὢν ὁ λόγος, μετατιθεμένης τῆς ἀντιφάσεως, ἅπαντας ὁμοίους ἕξει τοὺς συλλογισμούς· ἀεὶ γὰρ ἐξ ἐνδόξων, ὁμοίως ἔνδοξον ἀναιρήσει, ἢ κατασκευάσει· διόπερ ἀπορεῖν ἀναγκαῖον. μάλιστα μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος, δριμύς, ὁ ἐξ ἴσου τὸ συμπέρασμα ποιῶν τοῖς ἐρωτήμασι.

6 Δεύτερος δέ, ὁ ἐξ ἁπάντων ὁμοίων· οὗτος γὰρ ὁμοίως ποιήσει ἀπορεῖν, ὁποῖον τῶν ἐρωτημάτων ἀναιρετέον· τοῦτο δὲ χαλεπόν· ἀναιρετέον μὲν γάρ· ὅ, τι δὲ ἀναιρετέον, ἄδηλον.

7 Τῶν δὲ ἐριστικῶν, δριμύτατος μέν, ὁ πρῶτον εὐθὺς ἄδηλος, πότερον συλλελόγισται, ἢ οὔ. καὶ πότερον παρὰ τὸ ψεῦδος, ἢ διαίρεσιν, ἐστὶν ἡ λύσις.

8 Δεύτερος δὲ τῶν ἄλλων, ὁ δῆλος μέν, ὅτι παρὰ διαίρεσιν ἢ ἀναίρεσίν ἐστι· μὴ φανερὸς δὲ ὤν, διὰ τίνος τῶν ἠρωτημένων ἀναίρεσιν ἢ διαίρεσιν λυτέος ἐστίν· ἀλλά, πότερον αὕτη παρὰ τὸ συμπέρασμα, ἢ παρά τι* τῶν ἠρωτημένων ἐστίν.

γρ. τῶν ἐρωτημάτων

9 Ἐνίοτε μὲν οὖν ὁ μὴ συλλογισθεὶς λόγος, εὐήθης ἐστίν, ἐὰν ᾖ λίαν ἄδοξα, ἢ ψευδῆ τὰ λήμματα· ἐνίοτε δὲ οὐκ ἄξιος καταφρονεῖσθαι. ὅταν μὲν γὰρ ἐλλείπῃ τι τῶν τοιούτων ἐρωτημάτων, περὶ οὗ ὁ λόγος, καὶ δι' ὅ, καὶ μὴ προσλαβὼν τοῦτο, καὶ μὴ συλλογισάμενος, εὐήθης ὁ συλλογισμός. ὅταν δὲ τῶν ἔξωθεν, οὐκ εὐκαταφρόνητος οὐδαμῶς· ἀλλ' ὁ μὲν λόγος, ἐπιεικής· ὁ δ' ἐρωτῶν, ἠρώτηκεν οὐ καλῶς.

16 Ἔστι δέ, ὥσπερ λύειν, ὁτὲ μέν, πρὸς τὸν λόγον· ὁτὲ δέ, πρὸς τὸν ἐρωτῶντα, καὶ τὴν ἐρώτησιν· ὁτὲ δέ, πρὸς οὐδέτερον τούτων· ὁμοίως καὶ ἐρωτᾶν ἐστι, καὶ συλλογίζεσθαι, καὶ πρὸς τὴν θέσιν, καὶ πρὸς τὸν ἀποκρινόμενον, καὶ πρὸς τὸν χρόνον, ὅταν ᾖ πλείονος χρόνου δεομένη λύσις, ἢ τοῦ παρόντος καιροῦ τὸ διαλεχθῆναι πρὸς τὴν λύσιν.

A id quod quàm maximè eſt probabile, refutet, & adſtruat. cùm enim vna ſit diſputatio, tranſpoſitâ contradictione, ſimiles omnes ſyllogiſmos habebit: quia ſemper ex probabilibus æquè probabile refellet, aut adſtruet: ideóque dubitare neceſſe *erit*. Ergo huiuſmodi argumentatio *eſt* maximè acuta, quæ concluſionem interrogatis parem facit.

6 Secunda *eſt*, quæ ex omnibus *ſumptionibus* ſimilibus *conſtat*: hæc enim ſimiliter faciet, vt dubitetur, quodnam in- B terrogatum tollendum *ſit*: hoc autem *eſt* difficile: quia tollendum quidem *eſt*: ſed quodnam tollendum, non apparet.

7 Inter litigioſas autem acutiſſima *ea eſt*, in qua primùm ſtatim non apparet, an ſyllogiſticè concluſerit, nécne: & vtrùm per id quod falſum *eſt negatum*, an *per* diſtinctionem ſoluatur.

8 Secunda ex ceteris *eſt*, quam conſtat *ſoluendam* eſſe per diſtinctionem, vel *per* negationem: ſed non apparet per cuius interrogati negationem aut diſtinctio- C nem ſit ſoluenda: immo vtrùm hæc negatio vel diſtinctio ad concluſionem, an ad aliquod interrogatum ſit *accommodanda*.

9 Interdum igitur non concludens argumentatio, fatua eſt, *videlicet* ſi ſumptiones ſint valde incredibiles, aut falſæ: interdum non contemnenda. Cùm enim deeſt talis aliqua interrogatio, de qua, & per quam duſputatio *eſt*; ſyllogiſmus *eſt* fatuus, qui neque hanc ſumpſit, neque concluſit. cùm autem *deeſt interrogatio*, D quæ extrinſecus *adſumi poteſt*: nullo modo eſt *argumentatio* aſpernanda: quin ipſa argumentatio bona *eſt*. ſed interrogans ille non bene interrogauit.

10 Sicut autem ſolutio modò ad argumentationem ſpectat, aliàs ad interrogantem & interrogationem, quandoque ad neutrum horum: ſic licet interrogare atque concludere & aduerſus theſim, & aduerſus reſpondentem & ratione temporis, nimirum cùm plus temporis ſolutio requirit, quàm vt præſentis opportunitatis *ſit* diſſerere aduerſus ſolutionem.

---

**Epilogus, & peroratio. Cap. XXXIV.**

*1 ¶ Epilogus. 2 ¶ Anacephalæoſis. Tranſitio. 3 Inſtitutum dialecticæ. 4 Expoſita in Topicis & Elenchis. 5 ¶ Ariſtotelem eſſe primum dialecticæ auctorem. Protheſis. 6 Præmunitio. 7 Expoſitio. 8 Prolepſis. 9 Diſcrimen inter Ariſtotelis opera rhetorica, & logica. 10 Excuſatio.*

EX quot igitur & qualibus paralogiſmi fiant iis qui diſputant, & quomodo falſum probemus, & paradoxa dicere cogamus, prætereа ex quibus colligatur ſyllogiſmus, & quomodo interrogandum, & quæ *ſit* interrogationum collocatio: præterea ad quid vtiles ſint omnes huiuſmodi diſputationes, ac de omni reſponſione ſimpliciter, & quomodo *ſint* ſoluendæ argumentationes & ſyllogiſmi: de *his* (*inquam*) omnibus hæc à nobis dicta ſunto.

2 Reliquum *eſt*, vt eo in memoriam reuocato, quod initio propoſitum *fuit*, pauca de eo dicamus, ac finem dictis imponamus.

3 Inſtituimus igitur inuenire quamdam facultatem ſyllogiſticam de re ad diſſerendum propoſita, ex iis quæ *ſunt* quàm maximè probabilia. hoc enim officium eſt dialecticæ per ſe, & piraſticæ. Quia verò huic adiunctum eſt, ob ſophiſticæ affinitatem, vt non ſolùm poſſit *quis* periculum facere dialecticè, ſed etiam quaſi ſciens: idcirco non ſolum quod dictum eſt ſuppoſuimus eſſe huius tractationis officium, *nempe* argumentationem ſumere poſſe, verum etiam vt diſputationem ſuſtinentes tueamur theſim ſimili modo per quàm maximè probabilia. Atque huius rei cauſam diximus. nam ideo Socrates quoque interrogabat, non reſpondebat; quia *ſe* nihil ſcire profitebatur.

4 Declaratum porrò eſt in prioribus *libris*, & ad quot *problemata*, & ex qualibus & quot *ſumptionibus* hoc erit, & vnde eorum copia nobis ſuppetat: præterea quomodo *ſit* interrogandum, vel *quomodo* collocanda *ſit* omnis interrogatio: necnon de reſponſionibus & ſolutionibus quæ ad ſyllogiſmos *afferuntur*. ſed & cætera declarata ſunt, quæcumque ad diſputationum methodum pertinent. Ad hæc, de paralogiſmis egimus, vt paulò antè diximus. Quæ igitur *docere* inſtituimus, ea finem ſatis commodè habere, perſpicuum *eſt*.

5 Iam verò non oportet nos latere, quod in hac tractatione accidit.

6 Nam eorum omnium quæ inueniuntur, quædam ab aliis accepta, priùs elaborata *ſunt*, poſtea per partes adaucta ab iis qui exceperunt: alia verò ab initio inuenta, exiguum primò incrementum ſuſcipere conſueuerunt, multò tamen vtilius amplificatione, quæ ab his, *qui ſequuntur*, *proficiſcitur*. Nam principium fortaſſe *eſt* maxima totius *pars*, vt dici ſolet: ideòque *eſt* difficillimum. cùm enim quo potentiore *eſt* facultate, eo minore ſit magnitudine, difficillimum eſt viſu.

A Ἐκ πόσων μὲν οὖν, καὶ ποίων γίνονται τοῖς διαλεγομένοις οἱ παραλογισμοί, καὶ πῶς δείξομέν τε ψευδόμενον, καὶ παράδοξα λέγειν ποιήσομεν· ἔτι δ᾽, ἐκ τίνων συμβαίνει ὁ * συλλογισμός, καὶ πῶς ἐρωτητέον, καὶ τίς ἡ τάξις τῶν ἐρωτημάτων· ἔτι δὲ πρὸς τί χρήσιμοι πάντες εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι λόγοι, καὶ περὶ ἀποκρίσεως ἁπλῶς τε πάσης, καὶ πῶς λυτέον τοὺς λόγους, καὶ συλλογισμούς, εἰρήσθω περὶ πάντων ἡμῖν ταῦτα. 2 Λοιπὸν δὲ περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς B προθέσεως ἀναμνήσασιν, εἰπεῖν τι βραχὺ περὶ αὐτῆς, καὶ τέλος ἐπιθεῖναι τοῖς εἰρημένοις.

Cap. VIII.

Gruchius veriſſimè legit. συλλογισμός, vulgò συνοχισμός, quòd nullo modo fieri poteſt.

3 Προειλόμεθα οὖν εὑρεῖν τινα δύναμιν συλλογιστικὴν περὶ τοῦ προβληθέντος ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐνδοξοτάτων. τοῦτο γάρ ἔργον ἐστὶ τῆς διαλεκτικῆς καθ᾽ αὑτήν, καὶ τῆς πειραστικῆς. ἐπεὶ δὲ προσκατασκευάζεται πρὸς αὐτήν, διὰ τὴν τῆς σοφιστικῆς γειτνίασιν, ὡς οὐ μόνον δύναται πεῖραν λαβεῖν διαλεκτικῶς, ἀλλὰ καὶ ὡς εἰδώς· διὰ τοῦτο, οὐ μόνον C τὸ λεχθέν, ἔργον ὑπεθέμεθα τῆς πραγματείας, τὸ λόγον δύνασθαι λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ ὅπως λόγον ὑπέχοντες φυλάξωμεν τὴν θέσιν ὡς δι᾽ ἐνδοξοτάτων ὁμοτρόπως. τὴν δὲ αἰτίαν εἰρήκαμεν τούτου. ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο Σωκράτης ἠρώτα, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπεκρίνετο· ὡμολόγει γὰρ μὴ εἰδέναι. 4 Δεδήλωται δὲ ἐν τοῖς πρότερον, καὶ πρὸς πόσα, καὶ ἐκ ποίων, καὶ πόσων, τοῦτο ἔσται, καὶ ὅθεν εὐπορήσομεν τούτων. ἔτι δέ, πῶς ἐρωτητέον, ἢ τακτέον τὴν ἐρώτησιν πᾶσαν, καὶ περί τε ἀποκρίσεων καὶ λύσεων τῶν D πρὸς τοὺς συλλογισμούς. δεδήλωται δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τῆς αὐτῆς μεθόδου τῶν λόγων ἐστί. πρὸς δὲ τούτοις, περὶ τῶν παραλογισμῶν διεληλύθαμεν, ὥσπερ εἰρήκαμεν ἤδη πρότερον. ὅτι μὲν οὖν ἔχει τέλος ἱκανῶς ἃ προειλόμεθα, φανερόν.

5 Δεῖ δὲ ἡμᾶς μὴ λεληθέναι τὸ συμβεβηκὸς περὶ ταύτην τὴν πραγματείαν. 6 Τῶν γὰρ εὑρισκομένων ἁπάντων, τὰ μέν, παρ᾽ ἑτέρων ληφθέντα, πρότερον πεπονημένα, κατὰ E μέρος ἐπιδέδωκεν ὑπὸ τῶν παραλαβόντων ὕστερον· τὰ δέ, ἐξ ὑπαρχῆς εὑρισκόμενα, μικρὰν τὸ πρῶτον ἐπίδοσιν λαμβάνειν εἴωθε, χρησιμωτέραν μέντοι πολλῷ τῆς ὕστερον ἐκ τούτων αὐξήσεως. μέγιστον γὰρ ἴσως ἀρχὴ παντός, ὥσπερ λέγεται· διὸ καὶ χαλεπώτατον· ὅσῳ γὰρ κράτιστον τῇ δυνάμει, τοσούτῳ μικρότατον ὂν τῷ μεγέθει, χαλεπώτατόν ἐστιν ὀφθῆναι:

Cap. IV.

ταύτης δὲ εὑρημένης, ῥᾷον τὸ προσθεῖναι καὶ συναύξειν τὸ λοιπόν ἐστιν· ὅπερ καὶ περὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους συμβέβηκε· σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας. οἱ μὲν γὰρ τὰς ἀρχὰς εὑρόντες, παντελῶς ἐπὶ μικρόν τι προήγαγον. οἱ δὲ νῦν εὐδοκιμοῦντες, παραλαβόντες παρὰ πολλῶν, οἷον ἐκ διαδοχῆς, τὸ κατὰ μέρος προαγαγόντων, οὕτως ηὐξήκασι. Τισίας μὲν μετὰ τοὺς πρώτους, Θρασύμαχος δὲ μετὰ Τισίαν, Θεόδωρος δὲ μετὰ τοῦτον, καὶ πολλοὶ πολλὰ συνενηνόχασι μέρη. διόπερ οὐδὲν θαυμαστόν, ἔχειν τι πλῆθος τὴν τέχνην. 7 Ταύτης δὲ τῆς πραγματείας, οὐ τὸ μὲν ἦν, τὸ δ' οὐκ ἦν προεξειργασμένον· ἀλλ' οὐδὲν παντελῶς ὑπῆρχε. 8 Καὶ γὰρ τῶν περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους μισθαρνούντων, ὁμοία τις ἦν ἡ παίδευσις, τῇ Γοργίου πραγματείᾳ. λόγους γάρ, οἱ μέν, ῥητορικούς· οἱ δέ, ἐρωτηματικοὺς ἐδίδοσαν ἐκμανθάνειν, εἰς οὓς πλειστάκις ἐμπίπτειν * ᾠήθησαν ἑκάτεροι τοὺς ἀλλήλων λόγους. διόπερ ταχεῖα μέν, ἄτεχνος δ' ἦν ἡ διδασκαλία τοῖς μανθάνουσι παρ' αὐτῶν. οὐ γὰρ τέχνην, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης διδόντες, παιδεύειν ὑπελάμβανον· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐπιστήμην φάσκων παραδώσειν ἐπὶ τὸ μηδὲν πονεῖν τοὺς πόδας, εἶτα σκυτοτομικὴν μὲν μὴ διδάξειε, μηδ' ὅθεν δυνήσεται πορίζεσθαι τὰ τοιαῦτα, δοίη δὲ πολλὰ γένη παντοδαπῶν ὑποδημάτων· οὗτος γὰρ βεβοήθηκε μὲν πρὸς τὴν χρείαν, τέχνην δὲ οὐ παρέδωκε. 9 Καὶ περὶ μὲν τῶν ῥητορικῶν ὑπῆρχεν πολλὰ καὶ παλαιὰ τὰ λεγόμενα· περὶ δὲ τοῦ συλλογίζεσθαι, παντελῶς οὐδὲν εἴχομεν πρότερον λέγειν ἄλλο· ἀλλὰ * τριβῇ ζητοῦντες, πολὺν χρόνον ἐπονοῦμεν.

γ. εἰώθεσαν

γρ. πειρῶν

10 Εἰ δὴ φαίνεται θεασαμένοις ὑμῖν, ὡς μὴ ἐκ τοιούτων τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρχόντων ἔχειν ἡ μέθοδος ἱκανῶς, παρὰ τὰς ἄλλας πραγματείας τὰς ἐκ παραδόσεως ηὐξημένας· λοιπὸν ἂν εἴη πάντων ὑμῶν ἢ τῶν ἀκροωμένων ἔργον, τοῖς μὲν παραλελειμμένοις τῆς μεθόδου, συγγνώμην, τοῖς δ' εὑρημένοις, πολλὴν χάριν ἔχειν.

hoc autem reperto, facilius *eſt* adiungere & conferre quod reliquum *eſt*. quod quidem & in politicis orationibus accidit, & ferè in omnibus aliis artibus. etenim qui principia inuenerunt, parum admodum ſunt progreſſi. qui verò nunc ſunt celebres, accepta, quaſi per ſucceſſionem, à multis per partes promouentibus, ſic auxere. Tiſias quidem, poſt primos *auctores*, Thraſymachus verò poſt Tiſiam, Theodorus autem poſt hunc, ac multi *alÿ* multas partes contulerunt. Quocirca non *eſt* mirum, artem illam continere multitudinem quandam *præceptorum*.

7 Huius autem *dialecticæ* tractationis, non aliud erat, aliud non erat excultum: ſed nihil prorſus extabat.

8 Nam eorum qui in litigioſis diſputationibus quæſtum faciebant, inſtitutio quædam erat ſimilis Gorgiæ tractationi. Alii namque orationes rhetoricas, alii ad interrogandum comparatas, tradebant ediſcendas, in quas vtrique putabant mutuos ſermones ſæpenumero incidere. idcirco celeriter quidem ſed citra artem diſcipulos ſuos docebant: non enim artem, ſed quæ ab arte *efficiuntur*, tradendo, putabant *ſe rectè inſtituere*: perinde ac ſi quis profeſſus *ſe* traditurum ſcientiam *cauendi* ne pedes doleant, poſtea non doceat corium incidere, nec vnde eiuſmodi *inſtrumenta* parari poſſint, ſed multa det genera variorum calceorum: hic enim ad vſum quidem profuit, ſed artem non tradidit.

9 Ac de rhetoricis quidem multa & antiqua dicta extabant: de ſyllogiſmis autem conficiendis nihil aliud habebamus antea quod diceremus: ſed exercitatione quærentes, multum temporis laborauimus.

10 Si igitur vobis *ſcripta noſtra* inſpicientibus videtur non eſſe hæc methodus ex talibus initiò extantibus perfecta, *comparetur* ad alias tractationes, quæ ex traditione ſunt auctæ: quod reliquum *eſt*, veſtræ auditorúmve partes erunt, *ea quæ ad* huius methodi *conſummationem* ſunt prætermiſſa, veniâ *dignari*: quæ verò ſunt inuenta, multâ proſequi gratiâ.

# ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΦΥΣΙΚΗΣ ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ, Η ΠΕΡΙ φυσικῶν ἀρχῶν, τὸ Α'.

# ARISTOTELIS

NATVRALIS AVSCVLTATIONIS,

SEV,

DE NATVRALIBVS PRINCIPIIS,

*LIBER I.*

IVL. PACIO INTERPRETE.

---

## De ſcopo, & methodo huius libri.

### Cap. I.

QVONIAM cognitio & ſcientia in omnibus methodis, quarum ſunt principia vel cauſæ vel elementa, ex horum notitia proficiſcitur: (tunc enim putamus vnũquodq; cognoſcere, cùm cauſas primas nouerimus, & principia prima, & vſque ad elementa) perſpicuum *eſt*, *hic* quoque tentandum, vt primùm definiantur ea quæ ad principia naturalis ſcientiæ *pertinent*. 2 Naturaliter autem conſtituta eſt via ab iis quæ *ſunt* nobis notiora & clariora, ad ea quæ *ſunt* clariora & notiora natura. non enim eadem *ſunt* & nobis nota, & ſimpliciter. quare neceſſe *eſt* hoc modo progredi, *nimirum* ex iis quæ natura quidem *ſunt* obſcuriora, nobis tamen *ſunt* clariora, ad ea quæ *ſunt* notiora & clariora natura. Ea verò ſunt nobis primùm perſpicua & manifeſta, quæ *ſunt* magis cõfuſa.

A ΕΠΕΙΔΗ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει περὶ πάσας τὰς μεθόδους, ὧν εἰσὶν ἀρχαὶ, ἢ αἴτια, ἢ στοιχεῖα, ἐκ τοῦ ταῦτα γνωρίζειν· (τότε γὰρ οἰόμεθα γινώσκειν ἕκαστον, ὅταν τὰ αἴτια γνωρίσωμεν τὰ πρῶτα, καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς πρώτας, καὶ μέχρι τῶν στοιχείων·) δῆλον ὅτι καὶ τῆς περὶ φύσεως
B ἐπιστήμης πειρατέον * πρότερον διορίσασθαι τὰ περὶ τὰς ἀρχάς· * 2 Πέφυκε δὲ ἐκ τῶν γνωριμωτέρων ἡμῖν ἡ ὁδὸς καὶ σαφεστέρων, ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα· οὐ γὰρ ταὐτὰ ἡμῖν τε γνώριμα, καὶ ἁπλῶς. διόπερ ἀνάγκη τὸν τρόπον τοῦτον προάγειν, ἐκ τῶν ἀσαφεστέρων μὲν τῇ φύσει, ἡμῖν δὲ σαφεστέρων, ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα. ἔστι δ' ἡμῖν τὸ πρῶτον δῆλα καὶ σαφῆ τὰ συγκεχυμένα

γρ. πρῶτον

Vide Nicomach. l.1.c.2.

A μᾶλλον· ὕστερον δὲ ἐκ τούτων γίγνεται γνώριμα τὰ στοιχεῖα, καὶ αἱ ἀρχαί, διαιροῦσι ταῦτα. 3 Διὸ ἐκ τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ καθ᾽ ἕκαστα δεῖ προϊέναι· τὸ γὰρ ὅλον, κατὰ τὴν αἴσθησιν γνωριμώτερον· τὸ δὲ καθόλου, ὅλον τί ἐστι. πολλὰ γὰρ περιλαμβάνει ὡς μέρη, τὸ καθόλου. 4 Πέπονθε δὲ ταὐτὸ τοῦτο τρόπον τινὰ καὶ τὰ ὀνόματα πρὸς τὸν λόγον· ὅλον γάρ τι καὶ *ἀδιορίστως σημαίνει, οἷον ὁ κύκλος· ὁ δὲ ὁρισμὸς αὐτοῦ διαιρεῖ εἰς τὰ καθ᾽ ἕκαστα. 5 Καὶ τὰ παιδία τὸ μὲν πρῶτον *προσαγορεύει πάντας τοὺς ἄνδρας, πατέρας· καὶ μητέρας, τὰς γυναῖκας· ὕστερον δὲ διορίζει τούτων ἑκάτερον.

γρ. ἀδιορίστως

γρ. παιδία τ. α. πατ. προσαγ.

deinde iis qui hæc diuidunt, ex ipſis elementa & principia innoteſcunt. 3 Idcirco ab vniuerſalibus ad ſingularia progredi oportet. totum enim ſecundùm ſenſum notius eſt: vniuerſale autem eſt totum quiddam; quoniam vniuerſale multa, tanquam partes, comprehendit. 4 Sic affecta quodammodo ſunt etiam nomina erga definitionem. totum enim quiddam & indefinitè ſignificant: veluti, circulus: definitio verò eius diuidit in ſingulas *partes*. 5 Ac pueri quoque primùm omnes viros appellant patres: & omnes mulieres, matres: poſtea verò diſcernunt horum vtrumque.

Quæſtio, quot & quæ ſint principia naturalia.

Cap. II.

Metaph. l. 1. c. 3. 4. 5. &c.

Ἀνάγκη δ᾽, ἤτοι μίαν εἶναι τὴν ἀρχήν, ἢ πλείους· καὶ εἰ μίαν, ἤτοι ἀκίνητον, B *ὥσπερ φησὶ Παρμενίδης καὶ Μέλισσος· ἢ κινουμένην, ὥσπερ οἱ φυσικοί· οἱ μέν, ἀέρα φάσκοντες εἶναι· οἱ δέ, ὕδωρ, τὴν πρώτην ἀρχήν· *εἰ δὲ πλείους, ἢ πεπερασμένας, ἢ ἀπείρους· καὶ εἰ πεπερασμένας, πλείους δὲ μιᾶς, ἢ δύο, ἢ τρεῖς, ἢ τέτταρας, ἢ ἄλλον τινὰ ἀριθμόν· καὶ εἰ ἀπείρους, ἢ οὕτως ὥσπερ Δημόκριτος, τὸ γένος ἕν, σχήματι ἢ καὶ εἴδει διαφερούσας, ἢ καὶ ἐναντίας. 2 Ὁμοίως δὲ ζητοῦσι καὶ οἱ τὰ ὄντα ζητοῦντες, πόσα· ἐξ ὧν γὰρ τὰ ὄντα ἐστί, ζητοῦσι πρῶτον ταῦτα πότερον ἕν, ἢ πολλά· καὶ εἰ πολλά, ἢ πεπερασμένα, ἢ ἄπειρα· ὥστε τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ στοιχεῖον ζητοῦσι, πότερον ἕν, ἢ πολλά. C 3 Τὸ μὲν οὖν εἰ ἓν καὶ ἀκίνητον τὸ ὂν σκοπεῖν, *οὐ περὶ φύσεώς ἐστι σκοπεῖν. ὥσπερ γὰρ καὶ τῷ γεωμέτρῃ οὐκ ἔτι λόγος ἐστὶ πρὸς τὸν ἀνελόντα τὰς ἀρχάς, ἀλλ᾽ ἤτοι ἑτέρας ἐπιστήμης, ἢ πασῶν κοινῆς· οὕτως οὐδὲ τῷ περὶ ἀρχῶν· οὐ γὰρ ἔτι ἀρχή ἐστιν, εἰ ἓν μόνον, καὶ οὕτως ἕν ἐστιν. ἡ γὰρ ἀρχή, τινός, ἢ τινῶν. D 4 Ὅμοιον δὴ τὸ σκοπεῖν εἰ οὕτως ἕν, καὶ πρὸς ἄλλην θέσιν ὁποιανοῦν διαλέγεσθαι, τῶν λόγου ἕνεκα λεγομένων, οἷον τὴν Ἡρακλείτειον· ἢ εἴ τις φαίη ἄνθρωπον ἕνα τὸ ὂν εἶναι. 5 Ἢ λύειν λόγον ἐριστικόν, ὅπερ ἀμφότεροι μὲν ἔχουσιν οἱ λόγοι, καὶ ὁ Μελίσσου καὶ ὁ Παρμενίδου· καὶ γὰρ ψευδῆ λαμβάνουσι, καὶ ἀσυλλόγιστοί εἰσι. μᾶλλον δὲ ὁ Μελίσσου φορτικός, καὶ οὐκ ἔχων ἀπορίαν.

γρ. ὥς φασι

γρ. οἱ δὲ π.

γρ. σχ. δὲ ἢ εἴδει δ.

Malim οὐ περὶ φ. ſupple ζητοῦντος, vel σκοποῦντος, ſiue τοῦ φυσικοῦ, vt habent Themiſt. Philop. alii: ſicalibi, οἱ περὶ φύσεως dicere ſolet, pro, Phyſici.

Neceſſe autem eſt aut vnum eſſe principium, aut plura. &, ſi vnum *ſit*, aut *eſſe* immobile, vt inquiunt Parmenides & Meliſſus: aut quod moueatur, vt aiunt phyſici: quorum alii aërem, alii aquam ſtatuunt eſſe primum principium. quòd ſi plura *ſint*, *neceſſe eſt* vel *eſſe* finita vel infinita, &, ſi finita, vno autē plura: *certè* vel *eſſe* duo, vel tria, vel quatuor, vel aliquo alio numero. ſi infinita; vel *oportet* ſic *eſſe* vt *cenſuit* Democritus, *nimirum* genere vnū, figura autē vel forma diſcrepantia, aut etiam contraria, 2 Similiter etiam ij quærunt, qui quærunt, quot ſint entia: primùm enim quærunt, vtrùm hæc, ex quibus entia conſtant, vnū ſint, an multa; &, ſi multa ſint, *vtrùm ſint* finita, an infinita. quocirca quærūt, vtrùm principium ac elementum *ſit* vnum, an multa. 3 Porro hæc conſideratio, an vnum ſit ens & immobile, non eſt cōſideratio de natura. quemadmodum enim non amplius geometræ eſt diſputare aduerſus eum qui Geometriæ principia euertit: ſed *ea diſputatio eſt* vel alterius ſcientiæ, vel omnium communis: ita etiam ei qui de principiis *phyſicis agit*, non *eſt diſputandum aduerſus negantes principia phyſica*: quia non eſt amplius principiū, ſi eſt tantùm vnum, & ita vnum: quandoquidem principium *eſt* alicuius, vel aliquorum. 4 Perinde igitur *eſt*, conſiderare an ita *ſit* vnum *principium*, ac ſi contra quamvis aliam theſim diſceptetur, quæ diſputationis cauſa aſſeratur: veluti: *aduerſus theſim* Heracliteam: vel ſi quis affirmarit id quod eſt, eſſe vnū hominem: 5 Aut ſoluere argumētationem litigioſam, quam ambo ſermones habent, tam Meliſſi quàm Parmenidis. etenim falſa accipiunt, neque concludunt. ſed ratio Meliſſi eſt magis importuna, nec habet dubitationem:

ſed vnó abſurdo dato, cætera eueniunt: hoc verò non *eſt* difficile. 6 Nos autem ſupponamus, quæ natura *conſtant*, vel omnia vel quædam moueri. quod quidem per inductionem perſpicuum. *eſt* 7 Simul autem nec ſoluere omnia decet: ſed *ea* tantùm, quæ ex principiis demonſtrans quiſpiam falsò concludit: quæ verò non *ita concluduntur*, nequaquam *ſoluenda ſunt*. exempli gratia, tetragoniſmum, qui per ſegmenta *fit*, geometræ *eſt* diſſoluere: Antiphontis *vero tetragoniſmum diſſoluere*, non eſt geometræ. 8 Sed quia, licèt non de natura, tamen naturales dubitationes eos dicere contingit: fortaſſis è re erit, paululum de his diſſerere: habet enim *in ſe* philoſophiam hæc conſideratio.

Ἀλλ' ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος, τἆλλα συμβαίνει. τοῦτο δὲ οὐδὲν χαλεπόν. 6 Ἡμῖν δὲ ὑποκείσθω, τὰ φύσει ἢ πάντα, ἢ ἔνια κινούμενα εἶναι. δῆλον δ' ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. 7 Ἅμα δὲ οὐδὲ λύειν ἅπαντα προσήκει, ἀλλ' ἢ ὅσα ἐκ τῶν ἀρχῶν τις ἐπιδεικνὺς ψεύδεται· ὅσα δὲ μή, οὔ. οἷον τὸν τετραγωνισμὸν τὸν μὲν διὰ τῶν τμημάτων, γεωμετρικοῦ διαλῦσαι· τὸν δὲ Ἀντιφῶντος, οὐ γεωμετρικοῦ. 8 Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ * περὶ φύσεως μὲν οὔ, φυσικὰς δὲ ἀπορίας συμβαίνει λέγειν αὐτοῖς, ἴσως ἔχει καλῶς ἐπὶ μικρὸν διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν. ἔχει γὰρ φιλοσοφίαν ἡ σκέψις.

γρ. περὶ φ. μὲν, οὐ. non rectè, etſi ita Alexāder & Porphyrius, & alii. vide Simpliciū & Philoponū Ipſe Ariſt. paulo ante dixit quærere an vnū ſit τὸ ὄν, nō eſſe περὶ φύσεως σκοπεῖν.

## Non eſſe vnum ens, vt Parmenides & Meliſſus cenſuerunt. Cap. III.

PRincipium autem omnium accommodatiſſimum *eſt*, *vt videamus*, quoniam ens multis modis dicitur, quonam modo *id* accipiant, qui inquiunt omnia eſſe vnum: vtrùm *intelligant* omnia *eſſe* ſubſtantiam, an *omnia eſſe* quanta, vel qualia. rurſus vtrùm *intelligant* omnia *eſſe* vnam ſubſtantiam, vt hominem vnum, vel equum vnum, vel animam vnam; an vnum quale: atque hoc, vt album; vel calidū, vel aliud quidpiam tale. hæc enim omnia longè *inter ſe* differunt, ac dici nequeunt. 2 Etenim ſi ſit & ſubſtantia, & quantum, & quale: ſiue hæc ſint à ſe inuicem ſeiuncta, ſiue non *ſint ſeiuncta*: *certè* multa entia *ſunt*. 3 Si verò omnia *ſint* quantum, vel quale: ſiue etiam ſubſtantia ſit, ſiue non ſit; abſurdum *eſt*: ſi tamen abſurdum dicere oportet, quod *eſt* impoſſibile. nihil enim aliud ſeparabile eſt pręter ſubſtantiam: quoniam *reliqua* omnia de ſubiecta ſubſtantia dicuntur. atqui Meliſſus inquit ens infinitum eſſe. ens igitur *eſt* quantum quiddam: quoniam infinitum *eſt* in quantitate: ſubſtantia verò, aut qualitas, aut affectio non poteſt eſſe infinita, niſi ex accidenti, *videlicet* ſi quædam ſimul quanta ſint. nam in definitione infiniti quantum adhibetur, non ſubſtantia, nec quale. ergo ſi & ſubſtantia eſt, & quantum; duo *ſunt* entia, non vnum. 4 Quòd ſi ſubſtantia tantùm *ſit*, *profectò* ens nec infinitum erit, nec vllam magnitudinem habebit: quandoquidem eſſet quantum quiddam. 5 Præterea quoniam ipſum quoque vnum dicitur multis modis, quemadmodum & ens; conſiderandum *eſt*, quonam modo dicant vniuerſum eſſe vnum. Dicitur autem vnum, vel quod *eſt* continuum, vel quod *eſt* indiuiduum, vel quorum vna & eadem eſt definitio quidditatem explicans, vt temetum & vinum.

ΑΡΧΗ δὲ οἰκειοτάτη πασῶν, ἐπειδὴ * πολλαχῶς λέγεται τὸ ὄν, πῶς λέγουσιν οἱ λέγοντες εἶναι ἓν τὰ πάντα; πότερον οὐσίαν τὰ πάντα, ἢ ποσὰ (τὰ πάντα,) ἢ ποιά; καὶ πάλιν, πότερον * οὐσίαν μίαν τὰ πάντα, οἷον ἄνθρωπον ἕνα, ἢ ἵππον ἕνα, ἢ ψυχὴν μίαν; * ἢ ποιὸν ἕν. καὶ τοῦτο, οἷον λευκόν, ἢ θερμόν, ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων. ταῦτα γὰρ πάντα διαφέρει τε πολύ, καὶ ἀδύνατα λέγειν. 2 Εἰ μὲν γὰρ ἔσται καὶ οὐσία, καὶ ποσόν, καὶ ποιόν· καὶ ταῦτα εἴτε ἀπολελυμένα ἀπ' ἀλλήλων, εἴτε μή· πολλὰ τὰ ὄντα.

Metaph. l. δ c. 7.

γρ. οὐσίαν μὲν μίαν καὶ τ. π.

γρ. ἢ ποιόν. ἓν δὲ τοῦτο, οἷον λευκόν, ἢ θερμόν, ἢ ἄλλο τι τῶν τ.

3 Εἰ δὲ ἅπαντα ποιόν, ἢ ποσόν, εἴτε οὔσης οὐσίας, εἴτε μὴ οὔσης, ἄτοπον· εἰ δεῖ ἄτοπον λέγειν τὸ ἀδύνατον. οὐδὲν γὰρ τῶν ἄλλων χωριστόν ἐστι παρὰ τὴν οὐσίαν. πάντα γὰρ καθ' * ὑποκειμένου λέγεται, τῆς οὐσίας. Μέλισσος δέ φησι τὸ ὂν ἄπειρον εἶναι. ποσὸν ἄρα τι τὸ ὄν· τὸ γὰρ ἄπειρον ἐν τῷ ποσῷ· οὐσίαν δὲ εἶναι ἄπειρον, ἢ ποιότητα, ἢ πάθος, οὐκ ἐνδέχεται, εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός, εἰ ἅμα καὶ ποσὰ ἄττα εἶεν· ὁ γὰρ τοῦ ἀπείρου λόγος τῷ ποσῷ προσχρῆται, ἀλλ' οὐκ οὐσίᾳ, οὐδὲ τῷ ποιῷ. εἰ μὲν τοίνυν καὶ οὐσία ἐστί, καὶ ποσόν, δύο, καὶ οὐχ ἕν, τὸ ὄν.

γρ. ὑποκειμένης, minùs elegāter & verè.

4 Εἰ δ' οὐσία μόνον, οὐκ ἄπειρον, οὐδὲ μέγεθος ἕξει οὐδέν· ποσὸν γάρ τι ἔσται.

5 Ἔτι ἐπεὶ καὶ αὐτὸ * τὸ ἓν πολλαχῶς λέγεται, ὥσπερ τὸ ὄν, σκεπτέον τίνα τρόπον λέγουσιν ἓν εἶναι τὸ πᾶν· λέγεται δ' ἕν, ἢ τὸ συνεχές, ἢ τὸ ἀδιαίρετον, ἢ ὧν ὁ λόγος ὁ αὐτὸς καὶ εἷς, ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι, ὥσπερ μέθυ καὶ οἶνος.

Metaph l. 1 c. 6.

κ. τὸ ἕν.

Quid. ἢ εἰ ἓν vel εἰ μὴ πλείω, aut μὴ πλείω. quia vulgata lectio bis idem quærendum proponere videtur.

γρ. συνεχῶν ὁ αὐτὸς λόγος.

κ. οὐδὲν ἔσται ποσόν,

κ. οὐδὲ π.

6 Εἰ μὲν τοίνυν συνεχές, πολλὰ * τὸ ἕν· εἰς ἄπειρον γὰρ διαιρετὸν τὸ συνεχές. 7 Ἔχει δ' ἀπορίαν περὶ τοῦ μέρους, καὶ τοῦ ὅλου· ἴσως δὲ οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον, ἀλλ' αὐτὴν καθ' αὑτήν· πότερον ἓν ἢ πλείω τὸ μέρος, καὶ τὸ ὅλον· καὶ πῶς ἕν, * ἢ πλείω· καὶ εἰ πλείω, πῶς πλείω· καὶ περὶ τῶν μερῶν τῶν μὴ * συνεχῶν· καὶ εἰ τῷ ὅλῳ ἓν ἑκάτερον ὡς ἀδιαίρετον, ὅτι καὶ αὐτὰ αὑτοῖς. 8 Ἀλλὰ μὴν εἰ ὡς ἀδιαίρετον, * οὐδὲ ποσόν, οὐδὲ ποιόν, οὐδὲ δὴ ἄπειρον τὸ ὄν, ὥσπερ Μέλισσός φησιν· οὐδὲ πεπερασμένον, ὥσπερ Παρμενίδης. τὸ γὰρ πέρας, ἀδιαίρετον, * οὐ τὸ πεπερασμένον. 9 Ἀλλὰ μὴν εἰ τῷ λόγῳ ἓν τὰ ὄντα πάντα, ὡς λώπιον καὶ ἱμάτιον, τὸν Ἡρακλείτου λόγον συμβαίνει λέγειν αὐτοῖς· ταὐτὸν γὰρ ἔσται καὶ ἀγαθῷ καὶ κακῷ, καὶ μὴ ἀγαθῷ εἶναι καὶ ἀγαθῷ· ὥστε τὸ αὐτὸ ἔσται ἀγαθὸν καὶ οὐκ ἀγαθόν, καὶ ἄνθρωπος καὶ ἵππος· καὶ οὐ περὶ τοῦ ἓν εἶναι τὰ ὄντα, ὁ λόγος ἔσται· ἀλλὰ περὶ τοῦ μηδέν· καὶ τὸ τοιῳδὶ εἶναι καὶ τὸ τοσῳδὶ ταὐτόν. 10 Ἐθορυβοῦντο δὲ καὶ οἱ ὕστερον, καθάπερ οἱ ἀρχαῖοι, μή ποτε συμβαίνῃ αὐτοῖς ἅμα τὸ αὐτὸ ἓν εἶναι καὶ πολλά. διὸ οἱ μὲν τὸ ἔστιν, ἀφεῖλον, ὥσπερ Λυκόφρων· οἱ δὲ τὴν λέξιν μετερρύθμιζον, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὐ λευκός ἐστιν, ἀλλὰ λελεύκωται· οὐδὲ βαδίζων ἐστίν, ἀλλὰ βαδίζει· ἵνα μὴ τὸ ἔστι προσάπτοντες, πολλὰ εἶναι ποιῶσι τὸ ἕν, ὡς μοναχῶς λεγομένου τοῦ ἑνός, ἢ τοῦ ὄντος. 11 Πολλὰ δὲ τὰ ὄντα, ἢ λόγῳ οἷον ἄλλο τὸ λευκῷ εἶναι καὶ μουσικῷ, τὸ δ' αὐτὸ ἄμφω· πολλὰ ἄρα τὸ ἓν ἢ διαιρέσει, ὥσπερ τὸ ὅλον, καὶ τὰ μέρη. ἐνταῦθα δ' ἠπόρουν, καὶ ὡμολόγουν τὸ ἓν πολλὰ εἶναι· ὥσπερ οὐκ ἐνδεχόμενον τὸ αὐτὸ ἓν καὶ πολλὰ εἶναι, μὴ τὰ ἀντικείμενα δέ· ἔστι γὰρ τὸ ἓν καὶ δυνάμει, καὶ ἐντελεχείᾳ. 12 Τόν τε δὴ τρόπον τοῦτον ἐπιοῦσιν ἀδύνατον φαίνεται τὰ ὄντα ἓν εἶναι.

A 6 Itaque ſi ens continuum *eſt*; multa eſt, quod *eſt* vnum: quia continuum *eſt* diuiſibile in infinitum. 7 Eſt autem dubitatio de parte ac toto, (quæ fortaſſe nihil ad hanc rationem facit, ſed ipſa per ſe *ſpectanda eſt*,) vtrùm pars & totum *ſint* vnum, an multa: & quomodo *ſint* vnum vel multa: & ſi *ſunt* multa, quomodo multa: (ac de partibus non continuis *eſt* eadem diſputatio,) & ſi, vtraque *pars* cum toto vnum ſit, vtpote indiuidua: *hinc effici* vt & ipſæ *partes* inter ſe *vnum ſint*. 8 At verò ſi *vnum eſt ens* vt indiuiduum: nihil erit quantum, aut quale: proinde ens nec *erit* infinitum, vt inquit Meliſſus: B nec finitum, *vt ait* Parmenides: finis enim *ſeu terminus* indiuiduum *eſt*, non id quod *eſt* finitum. 9 Sed ſi omnia entia ſunt definitione vnum, vt veſtimentum & indumentum; accidit eis, vt Heracliti ſermonem pronuntient. eadem enim erit eſſentia boni, & mali: item non boni, & boni. quocirca idem erit & bonum, & non bonum: nec non homo & equus: nec de hoc erit diſputatio, an omnia entia ſint vnum, ſed eo *potius*, an nihil *ſint*: item tale eſſe, & tantum *eſſe*, idem *erunt*. 10. Poſteri quoque, ſicut veteres, conturbati ſunt, *verentes* ne C quando eis accideret *vt dicerent* idem ſimul eſſe vnum & multa. quare nonnulli verbum EST auferebant, vt Lycophron: alii verò orationem reformabant, non *dicentes* hominem album eſſe, ſed albeſcere: nec hominem eſſe ambulantem, ſed ambulare: ne verbum EST adiungentes, multa eſſe efficerent, quod *eſt* vnum: quaſi vno modo dicatur vnum aut ens. 11 Entia verò multa *ſunt*, vel definitione, (vt alia *eſt* albi eſſentia, & muſici: eiD dem tamen *ſubiecto inſunt*: multa igitur *eſt*, quod *eſt* vnum, vel diuiſione, vt totum & partes. Hîc verò ambigebant, & fatebantur, quod vnum *eſt*, eſſe multa: quaſi idem non poſſet eſſe vnum & multa: non *propterea* tamen oppoſita *concedebant*: eſt enim vnum, & poteſtate, & actu. 13 Iis igitur qui hoc modo aggrediuntur, apparet fieri non poſſe, vt ea quæ ſunt, vnum ſint

Solutio rationum Parmenidis & Meliſſi.

Cap. IV.

Καὶ ἐξ ὧν ἐπιδεικνύουσι, λύειν οὐ χαλεπόν· ἀμφότεροι γὰρ ἐριστικῶς συλλογίζονται, καὶ Μέλισσος καὶ Παρμενίδης. καὶ γὰρ ψευδῆ λαμβάνουσι, καὶ ἀσυλλόγιστοί εἰσι· μᾶλλον δ' ὁ Μελίσσου φορτικὸς λόγος, καὶ οὐκ ἔχων ἀπορίαν· ἀλλ' ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος, τἄλλα συμβαίνει. τοῦτο δ' οὐδὲν χαλεπόν.

E Atque ea ex quibus demonſtrant, ſoluere non *eſt* difficile. vtrique enim litigioſè ratiocinantur, tam Meliſſus quàm Parmenides. etenim falſa ſumunt, neque concludunt: ſed magis importuna *eſt* ratio Meliſſi, nec habet vllam dubitationem: verùm vno abſurdo dato, cætera ſequuntur: hoc autẽ non *eſt* difficile.

2 Vitioſè igitur Meliſſum argumentari perſpicuum *eſt*. ſumpſiſſe enim putat, ſi quicquid eſt factum, habet principiū, etiā quod non *eſt* factū, non habere *principium*. 3 Deinde & hoc abſurdū *eſt*, exiſtimare quamlibet generationem, non tantū ſimplicē, ſed etiā variationē, rei *quoque* principiū habere, non *ſolum* tēporis, quaſi non fiat ſimul vlla mutatio. 4 Inſuper cur *eſt* immobile, ſi *ſit* vnum? ſicut enim pars, cū ſit vna, *vt* hæc aqua, mouetur in eodē *loco*: cur non etiam vniuerſum *ita mouebitur?* præterea variatio quā ob cauſam eſſe non poterit? 5 At verò nec forma poteſt eſſe vnum, ſed tantùm eo ex quo: hoc autem modo vnū *eſſe* etiam phyſici quidam dicūt: illo autem modo nequaquam: homo namque ab equo forma diuerſum *eſt*, & cōtraria inter ſe *differunt*. 6 Sed & aduerſus Parmenidem idem *eſt* rationū modus, & ſi qui alii ſunt proprii: ac ſolutio eſt, partim quia falſa ſumit, partim quia non cōcludit. 7 Falſa ſumit, quatenus accipit ens ſimpliciter dici, cum dicatur multis modis. 8 Nō concludit autē: quia ſi ſola alba ſumpta fuerint, cū albū vnā rē ſignificet, nihilominus multa alba *erunt* non vnum: quoniam albū neque continuatione vnum erit, neque definitione. diuerſa enim erit eſſentia albi, & *ſubiecti* ſuſcipientis *album*: ac nihil erit ſeparabile præter albū: non enim differt, quatenus *eſt* ſeparabile, verū albi eſſentia, & eius cui *albor* ineſt, diuerſa *eſt*. ſed hoc Parmenides nondū viderat 9 Neceſſe igitur *eſt*, vt qui dicūt ens eſſe vnū, non ſolū ſumant ens ſignificare vnū cui attribuatur; ſed etiā ſumant quod eſt propriè atq; eſſentialiter ens, & quod eſt propriè atq; eſſentialiter vnum. accidens enim de ſubiecto aliquo dicitur. quare *ſi ens ſit vnum accidens: certè* id cui ens accidit, non erit: quādoquidē *eſt* diuerſū ab ente: erit igitur aliquid nō ens. ergo nō erit aliud, quā id quod eſt propriè atq; eſſentialiter ens: ſiquidē *aliud* entis eſſētiā nō habebit, niſi ens multa ſignificet, ita vt vnūquodque ſit aliquid. atqui ſupponitur ens vnam rem ſignificare. 10 Si igitur quod propriè atq; eſſentialiter *eſt* ens, nulli accidit, ſed ei *aliud accidit*: cur ens ſignificat potius id quod propriè atq; eſſentialiter *eſt* ens, quàm non ens? nam ſi idem ſit propriè atq; eſſentialiter ens, nec non album, albi verò eſſentia non ſit propriè atque eſſentialiter ens: (etenim nullum ens poteſt ei accidere; certè, cùm non *ſit* ens præter id quod *eſt* propriè atque eſſentialiter ens, album non *erit* ens: nec tamen ita, quaſi aliquid non ens, ſed omnino eſt non ens. Quod igitur *eſt* propriè atque eſſentialiter ens, *eſt* non ens: verè enim dicitur eſſe album: hoc autem ſignificabat non ens. 11 Quapropter ſi etiam album ſignificat id quod propriè atq; eſſētialiter *eſt* ens, profectò ens multa ſignificat.

A 2 Οὐ μὴν οὖν παραλογίζεται * Μέλισσος, δῆλον· οἴεται γὰρ εἰληφέναι, εἰ τὸ γενόμενον ἀρχὴν ἔχει ἅπαν, ὅτι καὶ τὸ μὴ γενόμενον οὐκ ἔχει. 3 Εἶτα καὶ τοῦτο ἄτοπον, τὸ * παντὸς εἶναι ἀρχὴν τοῦ πράγματος, καὶ μὴ τοῦ χρόνου, καὶ γενέσεως μὴ τῆς ἁπλῆς, ἀλλὰ ἀλλοιώσεως, ὥσπερ οὐκ ἀθρόας γινομένης μεταβολῆς. 4 Ἔπειτα καὶ διὰ τί ἀκίνητον, εἰ ἕν; ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ μέρος ἓν ὄν, τοδὶ τὸ ὕδωρ, κινεῖται * ἐν αὑτῷ, διὰ τί οὐ καὶ τὸ πᾶν; ἔπειτα B ἀλλοίωσις διὰ τί οὐκ ἂν εἴη; 5 Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῷ εἴδει οἷόν τε ἓν εἶναι, πλὴν τῷ ἐξ οὗ· οὕτως δὲ ἓν καὶ τῶν φυσικῶν τινες λέγουσιν, ἐκείνως δ', οὔ· ἄνθρωπος γὰρ ἵππου ἕτερον τῷ εἴδει, καὶ τἀναντία ἀλλήλων. 6 Καὶ πρὸς Παρμενίδην δὲ, ὁ αὐτὸς τρόπος τῶν λόγων, καὶ εἴ τινες ἄλλοι ἴδιοί εἰσι· καὶ ἡ λύσις, τῇ μὲν ὅτι ψευδής, τῇ δὲ ὅτι οὐ συμπεραίνεται. 7 Ψευδὴς μὲν, ᾗ ἁπλῶς λαμβάνει τὸ ὂν λέγεσθαι, λεγομένου πολλαχῶς. * Ἀσυμπέρασος δὲ, ὅτι εἰ μόνα τὰ λευκὰ C ληφθείη, σημαίνοντος ἓν τοῦ λευκοῦ, οὐδὲν ἧττον πολλὰ τὰ λευκὰ, καὶ οὐχ ἕν· οὔτε γὰρ τῇ συνεχείᾳ ἓν ἔσται τὸ λευκὸν, οὔτε τῷ λόγῳ. ἄλλο γὰρ ἔσται τὸ εἶναι λευκῷ, καὶ * τὸ δεδεγμένῳ, καὶ οὐκ ἔσται * παρὰ τὸ λευκὸν οὐδὲν χωριστόν· οὐ γὰρ ᾗ χωριστὸν, ἀλλὰ τὸ εἶναι ἕτερον ᾧ λευκῷ, καὶ ᾧ ὑπάρχει. ἀλλὰ τοῦτο Παρμενίδης οὔπω συνεώρα. 6 Ἀνάγκη δὴ λαβεῖν τοῖς λέγουσιν ἓν τὸ ὂν εἶναι, μὴ μόνον ἓν σημαίνειν τὸ ὂν, καθ' οὗ ἂν κατηγορηθῇ, ἀλλὰ καὶ ὅπερ ὂν, καὶ ὅπερ ἕν· τὸ γὰρ συμβεβη- D κὸς καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται. ὥστε ᾧ συμβέβηκε τὸ ὂν, οὐκ ἔσται· ἕτερον γὰρ τοῦ ὄντος· ἔσται τι ἄρα οὐκ ὄν· * οὐ γὰρ δὴ ἔσται ἄλλῳ ὑπάρχον τὸ ὅπερ ὄν. οὐ γὰρ ἔσται ὄν τι αὐτῷ εἶναι, εἰ μὴ πολλὰ τὸ ὂν σημαίνει οὕτως, ὥστε εἶναί τι ἕκαστον. ἀλλ' ὑπόκειται τὸ ὂν σημαίνειν ἕν. 10 Εἰ οὖν τὸ ὅπερ ὂν μηδενὶ συμβέβηκεν ἀλλ' ἐκείνῳ, τί μᾶλλον τὸ ὅπερ ὂν σημαίνει τὸ ὂν, ἢ μὴ ὄν; εἰ γὰρ ἔσται τὸ ὅπερ ὂν, τὸ αὐτὸ καὶ λευκὸν, τὸ λευκῷ δ' E εἶναι μὴ ἔστιν ὅπερ ὄν· οὐδὲν γὰρ οὐδὲ συμβεβηκέναι αὐτῷ οἷόν τε τὸ ὄν· οὐδὲν γὰρ ὂν ὃ οὐχ ὅπερ ὄν. οὐκ ἄρα ὂν τὸ λευκόν· οὐχ οὕτω δὲ, ὥσπερ τι μὴ ὄν, ἀλλ' ὅλως μὴ ὄν. τὸ ἄρα ὅπερ ὄν, οὐκ ὄν· ἀληθὲς γὰρ εἰπεῖν, τὸ ὅτι λευκόν· τοῦτο δὲ οὐκ ὂν ἐσήμαινεν. 11 Ὥστε εἰ καὶ τὸ λευκὸν ἐσήμαινεν ὅπερ ὄν, πλείω ἄρα σημαίνει τὸ ὄν.

Vide Elénchor. l. c 4

κ. π. εἶναι

κ. ἑαυτῷ. minùs rectè: eſt enim pro ἐν αὐτῷ, quod Themiſt. interpretatur, κατὰ τὰ μόρια. ſic vetus interpres, in ſeipſa. Argyr. ἐν τῷ αὐτῷ legiſſe videtur.

κ. ἀσυμπέραστος

κ. τῷ δ. Themiſt. & Simpl. τὸ παρὰ nō agnoſcūt, vt annot. Vicomercat. Philop. & alii interpretantur.

κ. οὐ δὴ ἔσται ἄλλου ὑπάρχον, ἢ τὸ ὅπερ ὄν.

12 Οὐ τοίνυν οὐδὲ μέγεθος ἕξει τὸ ὄν, εἴπερ ὅπερ ὂν τὸ ὄν· ἑκατέρῳ γὰρ ἕτερον τὸ εἶναι τῶν μορίων. 13 Ὅτι δὲ διαιρεῖται τὸ ὅπερ ὂν εἰς ὅπερ ὄν τι ἄλλο, καὶ τῷ λόγῳ φανερόν. οἷον ὁ ἄνθρωπος εἰ ἔστιν ὅπερ ὄν τι, ἀνάγκη καὶ τὸ ζῷον, ὅπερ ὄν τι εἶναι, καὶ τὸ δίπουν· εἰ γὰρ μὴ ὅπερ ὄντα, συμβεβηκότα ἔσται. ἢ οὖν τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ ὑποκειμένῳ· ἀλλ' ἀδύνατον. 14 Συμβεβηκός τε γὰρ ἔσται, καὶ λέγεται τοῦτο, ἢ ὃ ἐνδέχεται ὑπάρχειν καὶ μὴ ὑπάρχειν· ἢ οὗ ὑπάρχει ἐν τῷ λό- B

γρ. τῷ ᾧ. γῳ * τοῦτο ᾧ συμβέβηκεν, οἷον, τὸ μὲν καθῆσθαι, ὡς χωριζόμενον· ἐν δὲ τῷ σιμῷ ὑπάρχει ὁ λόγος ὁ τῆς ῥινός, ᾗ φαμὲν συμβεβηκέναι τὸ σιμόν. 15 Ἔτι, ὅσα ἐν τῷ ὁριστικῷ λόγῳ ἔνεστιν, ἢ ἐξ ὧν ἐστιν, ἐν τῷ λόγῳ τῷ τούτων, οὐκ ἐνυπάρχει ὁ λόγος ὁ τοῦ ὅλου, οἷον ἐν τῷ δίποδι ὁ τοῦ ἀνθρώπου, ἢ ἐν τῷ λευκῷ, ὁ τοῦ λευκοῦ ἀνθρώπου. 16 Εἰ τοίνυν ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ τῷ ἀνθρώπῳ συμβέβηκε τὸ δίπουν, ἀνάγκη χωριστὸν εἶναι αὐτό· ὥστε ἐνδέχοιτο ἂν μὴ δίπουν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἐν τῷ λόγῳ τῷ τοῦ δίποδος ἐνέσται ὁ τοῦ ἀνθρώπου λόγος· ἀλλὰ ἀδύνατον· ἐκεῖνο γὰρ ἐν τῷ ἐκείνου λόγῳ ἔνεστιν. 17 Εἰ δ' ἄλλῳ συμβέβηκε τὸ δίπουν, καὶ τὸ ζῷον, καὶ μὴ ἐστιν ἑκάτερον ὅπερ ὄν τι, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἂν εἴη τῶν συμβεβηκότων ἑτέρῳ. ἀλλὰ τὸ ὅπερ ὄν τι, ἔστω μηδενὶ συμβεβηκός· καὶ καθ' οὗ ἄμφω, καὶ ἑκάτερον, καὶ τὸ ἐκ τούτων λεγέσθω. 18 Ἐξ

Vicomercatus legit, ὑ τὸ πᾶν, cũ vide.! ἀδιαιρέτων ἄρα * τὸ πᾶν. 19 Ἔνιοι δὲ ἐνέδοσαν τοῖς λόγοις ἀμφοτέροις· τῷ μὲν, ὅτι πάντα ἕν, εἰ τὸ ὂν ἓν σημαίνει, ὅτι ἔστι καὶ τὸ

γρ. ὅν τῆς διχ. μὴ ὄν. τῷ δὲ * τῆς διχοτομίας, ἄτομα ποιήσαντες μεγέθη. 20 Φανερὸν δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἀληθές, ὡς εἰ ἓν σημαίνει τὸ ὄν, καὶ μὴ οἷόν τε ἅμα τὴν ἀντίφασιν εἶναι, οὐκ ἔσται οὐδὲν μὴ ὄν· οὐδὲν γὰρ κωλύει μὴ ἁπλῶς εἶναι, ἀλ-

γρ. τὸ δὴ φ. λὰ μὴ ὄν τι εἶναι τὸ μὴ ὄν. * τὸ δὴ φάναι παρ' αὐτὸ τὸ ὄν, ὡς εἰ μή τι ἔσται ἄλλο, ἓν πάντα ἔσεσθαι, ἄτοπον. τίς γὰρ μανθάνει αὐτὸ τὸ ὄν, εἰ μὴ τὸ ὅπερ ὄν τι εἶναι. εἰ δὲ τοῦτο, * οὐδὲ οὕτω

γρ. οὐδὲν ὁ-μως κ. κωλύει, πολλὰ τὰ ὄντα εἶναι, ὥσπερ εἴρηται. 21 Ὅτι μὲν οὖν οὕτως ἓν εἶναι τὸ ὂν ἀδύνατον, δῆλον.

A 12 Ergo nec magnitudinem vllam ens habebit, ſiquidem ens *nil aliud eſt quam* quod *eſt* propriè & eſſentialiter ens: quoniam vtriuſque partis eſſentia *eſt* diuerſa. 13. Id autem quod eſt propriè & eſſentialiter ens, diuidi in aliud propriè atque eſſentialiter ens quiddam, etiam ratione perſpicuum *eſt*. Veluti, ſi homo eſt propriè atque eſſentialiter ens quiddam; neceſſe *eſt*, & animal, & bipes eſſe propriè atque eſſentialiter ens quiddam. niſi enim propriè atque eſſentialiter entia *ſint*, accidentia erunt. aut igitur homini *accident*, aut alii cuipiam ſubiecto. atqui *hoc eſt* impoſſibile. 14. Id enim eſt ac dicitur accidens, vel quod poteſt ineſſe & non ineſſe, vel in cuius definitione ineſt id cui accidit. exempli cauſa, ſedere, *eſt accidens*, tamquam quod ſeparatur: in ſimo autem ineſt ratio naſi, cui dicimus ſimum accidere. 15 Præterea quæcumque inſunt in oratione definitiua, aut ex quibus *res* conſtat, in horum definitione non ineſt ratio totius: vt in bipede *non ineſt* ratio hominis: aut in albo *non ineſt ratio* albi hominis. 16 Si igitur iſta hoc modo *ſe* habent, & bipes homini accidit; neceſſe *eſt* ipſum eſſe ſeparabile, adeo vt homo poſſit eſſe non bipes; aut in bipedis definitione inerit hominis ratio, ſed *hoc eſt* impoſſibile: quoniam illud in huius definitione ineſt. 17 Quòd ſi alii ſubiecto accidant bipes & animal, ac neutrum ſit propriè atque eſſentialiter ens quoddam; certè & homo erit *in* eorum *numero* quæ alii accidunt. atqui illud eſto propriè atque eſſentialiter ens quoddam, quod nulli accidit. Item de quo ambo ſiue vtrumque, *de eo* id quoque quod ex his *conſtat*, dicatur. 18 Ex indiuiduis igitur vniuerſum *conſtat*. 19 Nonnulli autem vtrique rationi ſunt aſſenſi: alteri quidem, *qua concluditur* omnia eſſe vnum, ſi ens ſignificet vnum: nam alioqui eſſet etiam non ens. alteri verò, per bipertitam diuiſionem efficiendo magnitudines indiuiduas. 20 Perſpicuum autem *eſt* non *eſſe* verum, ſi ens ſignificet vnum, & contradictio ſimul eſſe nequeat, ſequi vt nullum non ens ſit. nihil enim vetat, *ſumi* non ens, *quod* non ſimpliciter ſit *non ens*, ſed non ens quiddam. Hæc igitur aſſertio, ſi non eſt aliud quidpiam præter ipſum ens, omnia vnum fore, abſurda *eſt*. quis enim intelligit ipſum ens *aliud* eſſe, quàm quod eſt propriè & eſſentialiter ens quiddam? quod ſi *verum eſt*, nihil prohibet ſic eſſe multa entia, vt dictum fuit. 21 Ergo ita ens vnum eſſe non poſſe, perſpicuum *eſt*.

Phyſicorum opiniones de rerum naturalium principiis, & earum examen.

## CAP. V.

3 Πάντα δὲ τὰ ῥηθέντα φαίνεται διαφέροντα πρὸς τὰ μὴ φύσει συνεστῶτα. τὰ μὲν γὰρ φύσει ὄντα, πάντα φαίνεται ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως, τὰ μὲν κατὰ τόπον, B τὰ δὲ κατ' αὔξησιν, καὶ φθίσιν, τὰ δὲ κατ' ἀλλοίωσιν. κλίνη δὲ καὶ ἱμάτιον, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο γένος ἐστίν, ᾗ μὲν τετύχηκε τῆς κατηγορίας ἑκάστης, καὶ καθ' ὅσον ἐστὶν ἀπὸ τέχνης, οὐδεμίαν ὁρμὴν ἔχει μεταβολῆς ἔμφυτον· ᾗ δὲ συμβέβηκεν αὐτοῖς λιθίνοις ἢ γηΐνοις, ἢ μικτοῖς ἐκ τούτων, * ἔχει κατὰ τοσοῦτον. 4 Ὡς οὔσης τῆς φύσεως ἀρχῆς τινος καὶ αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν, ἐν ᾧ ὑπάρχει πρώτως καθ' αὑτό, καὶ μὴ κατὰ συμ-

γρ. ἔχ. κ. το. ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως.

EORVM quæ ſunt, alia naturâ conſtant, alia per alias cauſas. 2 Naturâ quidem *conſtant* & animalia; & eorum partes, & plantæ, & ſimplicia corpora, vt terra, & ignis, & aër, & aqua. hæc enim & eiuſmodi *alia* dicimus naturâ conſtare. 3 Hęc autem quæ dicta ſunt, omnia differre videntur ab iis quæ naturâ non conſtant. nam quæcumque naturâ conſtant, videntur in ſeipſis habere principium motus & quietis, alia ſecundùm locum, alia ſecundum accretionem & diminutionem, alia ſecundum variationem. lectica verò, & veſtimentum, & ſi quod aliud eiuſmodi genus eſt, quà ſingulis his appellationibus ſignificantur, & quatenus ab arte ſunt, nullum mutationis impetum inſitum habent. quà verò eis accidit, vt ſint lapidea, vel terrea, vel ex his mixta: eatenus *id* habent. 4 Tãquam natura ſit principiũ quoddam & cauſa cur *id* moueatur & quieſcat, inquo ineſt primũ, per ſe, non ex accidenti.

5 Dico autem, non ex accidenti, quia fieri poteſt vt aliquis ſibi ipſi ſit cauſa ſanitatis, cùm ſit medicus: veruntamen, non quatenus ſanatur, medicinam habet, ſed accidit eundem eſſe medicum & ſanari. idcirco *hæc* aliquando à ſe inuicem ſeparantur. 6 Similiter verò *ſe habet* vnumquodque aliorum, quæ fiunt: nullum enim eorum habet in ſe principium effectionis: ſed quædam in aliis & extra *habent*, vt domus, & vnumquodque aliorum quæ manu efficiuntur: quædam in ſeipſis quidem *habent*, non tamen per ſe, *nimirum* quæcumque ex accidenti ſibi ipſis cauſæ fieri poſſunt. 7 Natura igitur eſt, quod dictum fuit. 8 Naturam verò habent, quæcumque habent eiuſmodi principium. Atque hæc omnia ſunt ſubſtantia. natura namque ſemper eſt ſubiectum quoddam & in ſubiecto. 9 Secundùm naturam autem dicuntur & hæc & quæ his inſunt per ſe. vt igni ſurſum ferri. hoc enim non eſt natura, nec habet naturam, ſed eſt naturaliter, & ſecundùm naturam. 10 Dictum eſt igitur quid ſit natura, & quid *ſit* quod *eſt* naturaliter, & ſecundum naturam. 11 Eſſe autem naturam conari probare, ridiculum *eſt*: patet enim eiuſmodi entia multa eſſe: demonſtrare autem, quæ ſunt perſpicua, ex obſcuris, eius eſt qui non poteſt diiudicare, *quod eſt* per ſe, & *quod* non *eſt* per ſe notum. Poſſe autem aliquem ita eſſe affectum, non eſt obſcurum. aliquis enim qui ab ortu ſit cæcus, poteſt de coloribus ratiocinari. quare neceſſe *eſt* his eſſe diſputationem de nominibus, ſed *ipſos* nihil intelligere. 12 Iam verò quibuſdam videtur natura & eſſentia eorum quæ naturâ conſtant, eſſe id quod primum cuique rei ineſt, informe per ſe: vt lecticæ natura *eſt* lignum, ſtatuæ verò æs. 13 Cuius rei ſignum *eſſe* inquit Antipho: quia ſi quis defoderit lecticam, & putredo vim acceperit, adeo vt germinet, certè non fiet lectica, ſed lignum: quaſi illud ex accidenti inſit, nempe diſpoſitio quæ eſt ſecundùm formam & artem: eſſentia verò ea ſit, quæ etiam permanet, ab his continenter affecta. quòd ſi etiam horum vnumquodque ad aliud quiddam eodem modo eſt affectum: veluti, æs & aurum ad aquam: oſſa autem & ligna ad terram, ſimiliterque aliud quoduis: ea inquit eſſe ipſorum naturam & eſsẽtiam. 14 Idcirco alii terram, alii ignem, alii aërem, alii aquam, alii nõnulla ex his, alii hęc omnia inquiunt eſſe rerum naturam. Quod enim quiſque exiſtimauit eſſe tale, ſiue vnum ſiue multa, hoc & tot inquiunt eſſe vniuerſam eſſentiã, reliqua autẽ omnia *eſſe* horũ affectiones, & habitꝰ, & diſpoſitiones.

A βεβηκός. 5 Λέγω δὲ τὸ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς, ὅτι γένοιτ' ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ τις αἴτιος ὑγιείας ὢν ἰατρός· ἀλλ' ὅμως οὐ καθὸ ὑγιάζεται, τὴν ἰατρικὴν ἔχει, ἀλλὰ συμβέβηκε τὸν αὐτὸν ἰατρὸν εἶναι καὶ ὑγιαζόμενον· διὸ καὶ χωρίζεταί ποτε * ἀλλήλων. 6 Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ποιουμένων. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ἔχει τὴν ἀρχὴν ἐν ἑαυτῷ τῆς ποιήσεως, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐν ἄλλοις καὶ ἔξωθεν, οἷον οἰκία, καὶ τῶν ἄλλων τῶν χειροκμήτων ἕκαστον· τὰ δὲ ἐν αὐτοῖς μὲν, B ἀλλ' οὐ καθ' ἑαυτὰ, ὅσα κατὰ συμβεβηκὸς αἴτια γένοιτ' ἂν ἑαυτοῖς. 7 Φύσις μὲν οὖν ἐστι τὸ ῥηθέν. 8 Φύσιν δὲ ἔχει, ὅσα τὴν τοιαύτην ἔχει ἀρχήν. καὶ ἔστι ταῦτα πάντα, οὐσία· ὑποκείμενον γάρ τι, καὶ ἐν ὑποκειμένῳ ἐστὶν ἡ φύσις ἀεί. 9 Κατὰ φύσιν δὲ, ταῦτά τε καὶ ὅσα τούτοις ὑπάρχει καθ' αὑτὰ, οἷον τῷ πυρὶ τὸ φέρεσθαι ἄνω· τοῦτο γὰρ, φύσις μὲν οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἔχει φύσιν· φύσει δὲ καὶ κατὰ φύσιν ἐστί. 10 Τί μὲν οὖν ἡ φύσις ἐστὶν, εἴρηται, καὶ τί τὸ φύσει, καὶ κατὰ φύσιν. 11 Ὡς δ' ἐστὶν ἡ φύσις, πειρᾶσθαι δεικνύ- C ναι γελοῖον· φανερὸν γὰρ ὅτι τοιαῦτα τῶν ὄντων ἐστὶ πολλά. τὸ δὲ δεικνύναι τὰ φανερὰ διὰ τῶν ἀφανῶν, οὐ δυναμένου κρίνειν ἐστὶ τὸ δι' αὑτὸ καὶ μὴ δι' αὑτὸ γνώριμον. ὅτι δὲ ἐνδέχεται τοῦτο πάσχειν, οὐκ ἄδηλον· συλλογίσαιτο γὰρ ἄν τις ἐκ γενετῆς ὢν τυφλὸς, περὶ χρωμάτων. ὥστε ἀνάγκη τοῖς τοιούτοις περὶ τῶν ὀνομάτων εἶναι τὸν λόγον, μηδὲν δὲ νοεῖν. 12 Δοκεῖ δὲ ἡ φύσις * καὶ οὐσία τῶν φύσει ὄντων ἐνίοις εἶναι τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον ἑκάστῳ ἀρρύθμιστον καθ' ἑαυτὸ, οἷον κλίνης φύσις τὸ ξύλον, ἀνδριάντος δ' ὁ χαλκός. κ. καὶ ἡ οὐσία ἡ τ.

D 13 Σημεῖον δέ φησιν Ἀντιφῶν, ὅτι εἴ τις κατορύξειε κλίνην, καὶ λάβοι δύναμιν ἡ σηπεδὼν, ὥστε ἀνεῖναι βλαστὸν, οὐκ ἂν γενέσθαι κλίνην, ἀλλὰ ξύλον· ὡς τὸ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχον, τὴν κατὰ νόμον διάθεσιν, καὶ τὴν τέχνην· τὴν δ' οὐσίαν οὖσαν ἐκείνην, ἣ καὶ διαμένει ταῦτα πάσχουσα συνεχῶς. εἰ δὲ καὶ τούτων ἕκαστον πρὸς ἕτερόν τι ταὐτὸ τοῦτο πέπονθεν (οἷον ὁ μὲν χαλκὸς καὶ ὁ χρυσὸς πρὸς ὕδωρ, τὰ δ' ὀστᾶ καὶ ξύλα πρὸς γῆν, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὁτιοῦν) E ἐκεῖνα τὴν φύσιν εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῶν.

14 Διόπερ οἱ μὲν γῆν, οἱ δὲ πῦρ, οἱ δ' ἀέρα φασὶν, οἱ δὲ ὕδωρ, οἱ δὲ ἔνια τούτων, οἱ δὲ πάντα ταῦτα τὴν φύσιν εἶναι τὴν τῶν ὄντων. ὃ γάρ τις αὐτῶν ὑπέλαβε τοιοῦτον, εἴτε ἓν, εἴτε πλείω, τοῦτο καὶ τοσαῦτά φασιν εἶναι τὴν ἅπασαν οὐσίαν· τὰ δὲ ἄλλα πάντα πάθη τούτων, καὶ ἕξεις, καὶ διαθέσεις.

15 Καὶ τούτων μὲν ὁτιοῦν εἶναι ἀΐδιον· οὐ γὰρ εἶναι μεταβολὴν αὐτοῖς ἐξ ἑαυτῶν. τὰ δ' ἄλλα γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι ἀπειράκις. 16 Ἕνα μὲν οὖν τρόπον ἡ φύσις οὕτω λέγεται, ἡ πρώτη ἑκάστῳ ὑποκειμένη ὕλη τῶν ἐχόντων ἐν ἑαυτοῖς κινήσεως ἀρχὴν καὶ μεταβολῆς. 17 Ἄλλον δὲ τρόπον, ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος τὸ κατὰ τὸν λόγον. ὥσπερ γὰρ τέχνη λέγεται, τὸ κατὰ τέχνην, καὶ τὸ τεχνικόν· οὕτω καὶ φύσις τὸ κατὰ φύσιν λέγεται, καὶ τὸ φυσικόν. οὔτε δὲ ἐκεῖνό πως φαῖμεν ἂν ἔχειν κατὰ τέχνην οὐδὲν, εἰ δυνάμει μόνον ἐστὶ κλίνη, μήπω δὲ ἔχει τὸ εἶδος τῆς κλίνης, οὐδ' εἶναι τέχνην· οὔτε ἐν τοῖς φύσει συνισταμένοις. τὸ γὰρ δυνάμει σὰρξ ἢ ὀστοῦν, οὔτ' ἔχει πω τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, πρὶν ἂν λάβοι τὸ εἶδος τὸ κατὰ τὸν λόγον, ὃ ὁριζόμενοι λέγομεν τί ἐστι σὰρξ, ἢ ὀστοῦν· οὔτε φύσει ἐστίν. ὥστε ἄλλον τρόπον ἡ φύσις ἂν εἴη τῶν ἐχόντων ἐν ἑαυτοῖς κινήσεως ἀρχὴν, ἡ μορφὴ, καὶ τὸ εἶδος, οὐ χωριστὸν ὂν, ἀλλ' ἢ κατὰ τὸν λόγον.

18 Τὸ δ' ἐκ τούτων, φύσις μὲν οὐκ ἔστι, φύσει δέ· οἷον ὁ ἄνθρωπος. 19 Καὶ μᾶλλον φύσις αὕτη τῆς ὕλης. ἕκαστον γὰρ τότε λέγεται ὅταν ἐντελεχείᾳ ᾖ, μᾶλλον ἢ ὅταν δυνάμει. 20 Ἔτι γίνεται ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, ἀλλ' οὐ κλίνη ἐκ κλίνης· διὸ καί φασιν οὐ τὸ σχῆμα εἶναι τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὸ ξύλον· ὅτι γένοιτ' ἂν, εἰ βλαστάνοι, οὐ κλίνη, ἀλλὰ ξύλον. εἰ δ' ἄρα τοῦτο * τέχνη, καὶ ἡ μορφὴ φύσις· γίνεται γὰρ ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος. 21 * Ἔτι δ' ἡ φύσις ἡ λεγομένη ὡς γένεσις, ὁδός ἐστιν εἰς φύσιν. οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ ἰάτρευσις λέγεται, οὐκ εἰς ἰατρικὴν ὁδὸς, ἀλλ' εἰς ὑγίειαν· ἀνάγκη μὲν γὰρ ἀπὸ ἰατρικῆς, οὐκ εἰς ἰατρικὴν εἶναι τὴν ἰάτρευσιν. οὐχ οὕτω δ' ἡ φύσις ἔχει πρὸς τὴν φύσιν· ἀλλὰ * τὸ φυόμενον, ἐκ τινὸς εἰς τὶ ἔρχεται, ἢ φύεται. εἰς τί οὖν φύεται; * οὐχὶ ἐξ οὗ, ἀλλ' εἰς ὅ. ἡ ἄρα μορφὴ, φύσις. 22 Ἡ δέ γε μορφὴ καὶ ἡ φύσις, διχῶς λέγεται· καὶ γὰρ ἡ στέρησις εἶδός πως ἐστίν. 23 Εἰ δὲ ἐστὶν ἡ στέρησις, καὶ ἐναντίον τι περὶ τὴν ἁπλῆν γένεσιν, ἢ μὴ ἐστὶν, ὕστερον ἐπισκεπτέον.

Voce τέχνη, nec Philoponus, nec alii veteres interpretes quidã agnoſcũt. extat tamẽ in veteri verſione Lat.

* Metaph. l. δ. c. 4.

γρ. τὸ φυόμενον ἐκ τινος, εἰς ὃ καὶ ἔρχεται, τὸ φύεται. vide Philopon.

γρ. οὐχ εἰς τὸ ἐξ οὗ,

A 15 Et horum quidem quoduis eſſe ſempiternum: non enim eſſe ipſis mutationem ex ſeipſis. cætera verò fieri & interire infinities. 16 Vno igitur modo natura ſic dicitur, *nimirum* prima cuique rei in ſe motus & mutationis principium habenti ſubiecta materia. 17 Alio autem modo forma & ſpecies, quæ in definitione *ponitur*. Vt enim dicitur ars, quod *eſt* ſecundum artem, & quod *eſt* artificioſum: ita etiam dicitur natura, quod *eſt* ſecundum naturam, & quod *eſt* naturale. Neque autem illud vllo modo dicemus habere quidpiam ſecundùm ar- B tem, ſi poteſtate tantum ſit lectica, nec dum habeat lecticæ ſpeciem, neque *dicimus* eſſe artem: neque in iis quæ naturâ conſtant. quod enim poteſtate *eſt* caro, aut os: *id* necdum habet ſuam ipſius naturam priuſquam acceperit formam, quæ ponitur in definitione, (*hoc eſt* quam dicimus definientes quid ſit caro, vel os) nec naturâ conſtat. quare alio modo natura eſt eorum quæ in ſe principium motus habent, forma & ſpecies, quæ non eſt ſeparabilis, niſi ſecundùm definitionem. 18 Quod autem ex his *eſt* C *compoſitum*, natura quidem non eſt, ſed *naturaliter eſt, ſeu* natura *conſtat*: vt homo. 19 Atque hæc magis, quam materia, *eſt* natura. Vnumquodque enim tunc dicitur, cùm actu eſt, potius quàm cùm *eſt* poteſtate. 20 Præterea fit homo ex homine, non lectica ex lectica. ideóque inquiunt, non figuram, ſed lignum eſſe naturam, quia, ſi germinaret, non fieret lectica, ſed lignum. ſi igitur hoc *eſt* ars, etiam forma *eſt* natura: fit enim ex homine homo. 21 Præterea natura accepta pro generatione, eſt via ad naturam. *ita ſe habet*, vt medicatio, *quæ* di- E citur via non ad medicinam, ſed ad ſanitatem. neceſſe enim *eſt* medicationem à medicina eſſe, non ad medicinam: ſed non ita habet natura ad naturam. verum id quod naſcitur, ex aliquo ad aliquid venit ſeu naſcitur. ad quod igitur *veniendo* naſcitur? non ad id ex quo, ſed *ad id* ad quod. forma igitur *eſt* natura. 22. Forma autem & natura duobus modis dicitur. etenim priuatio eſt quodam- D modo forma. 23 Vtrùm autem priuatio & contrarium quidpiam ſit in ſimplici generatione, nec ne, poſterius erit conſiderandum.

## QVOMODO PHYSICVS DISTINGVATVR A MATHEMATICO, & à primo philoſopho, & circa quid verſetur.

### TRACTATVS II. Cap. II.

CVm autem definitum ſit, quot modis natura dicatur; deinceps videndum *eſt* quo differat mathematicus à phyſico: naturalia namque corpora planities habẽt, & ſoliditates, & longitudines, & puncta; quæ cõſiderat mathematicus. 2 Præterea *videndum eſt*, vtrum aſtrologia *ſit* diuerſa *à phyſica*: an pars phyſicæ. 3 Nam ſi phyſici *eſt*, ſcire quid ſit Sol, aut Luna, nihil autem eorum *ſcire* quæ *Soli aut Lunæ* per ſe accidunt, *certè eſt* abſurdum: præſertim quia videntur, qui de natura *diſſerunt*, etiam loqui de figura Lunæ ac Solis: & quærere, vtrùm terra & mundus ſint rotunda necne. 4 De his igitur tractat etiam mathematicus, non tamen qua horum vnumquodque *eſt* terminus corporis naturalis: neque *horum* accidentia contemplatur, qua eiuſmodi rebus accidunt: ideóque ſeparat: ſunt enim res per intellectum ſeparabiles. nihilque intereſt: nec falſum committitur ab iis qui ſeparant. 5 Non animaduertunt autem ſe quoque hoc facere, qui ideas *eſſe* dicunt. ſeparant enim res naturales, quæ minus ſeparabiles *ſunt*, quàm mathematicæ. 6 Hoc autem manifeſtum fieri poteſt, ſi quis vtrorumque definitiones afferre conetur: *id eſt*, tam *rerum* ipſarũ, quàm accidentium. impar enim & par, nec non rectum & inflexum; præterea & numerus, & linea, & figura, ſine motu erunt: caro autem, & os, & homo, non item: ſed hęc, vt naſus ſimus, non vt inflexum dicuntur. 7 Quinetiam hoc declarant *ex* mathematicæ, quæ *ſunt* magis naturales: vt perſpectiua, & muſica, & aſtrologia. contra enim quodammodo *ſe* habent ac geometria: quoniam geometria naturalem quidem lineam conſiderat, non tamen quà *eſt* naturalis: perſpectiua autem mathematicam quidem lineam *conſiderat*, non tamen quà eſt mathematica, ſed quà *eſt* naturalis. 8 Cum autem natura duobus modis *dicatur*, nimirum forma & materia: ſic debemus contemplari, ac ſi de ſimitate conſideraremus quid ſit. quocirca eiuſmodi *res* neque *ſunt* abſque materia, neque ſecundùm materiam. 9 Nam & de hoc dubitare quiſpiam poſſit, cùm duæ *ſint* naturæ, de vtra *diſſerere ſit munus* Phyſici: an de eo *diſſerat*, quod ex ambabus *conſtat*. atqui ſi de eo *diſſerit* quod ex ambabus *naturis conſtat*, *certè* etiam de vtraq; natura *diſſeret*,

A Ἐπεὶ δὲ διώρισται ποσαχῶς ἡ φύσις λέγεται, μετὰ τοῦτο θεωρητέον τίνι διαφέρει ὁ μαθηματικὸς τοῦ φυσικοῦ· καὶ γὰρ ἐπίπεδα καὶ στερεὰ ἔχει τὰ φυσικὰ σώματα, καὶ μήκη, καὶ στιγμάς, περὶ ὧν σκοπεῖ ὁ μαθηματικός. 2 Ἔτι δ', * ἡ ἀστρολογία ἑτέρα ἢ μέρος τῆς φυσικῆς. (γρ. εἰ ἡ ἀστρ.) 3 Εἰ γὰρ τοῦ φυσικοῦ τὸ τί ἐστιν ἥλιος ἢ σελήνη, εἰδέναι, τῶν δὲ συμβεβηκότων καθ' αὑτὰ μηδέν, ἄτοπον· ἄλλως τε καὶ ὅτι φαίνονται λέγοντες οἱ περὶ φύσεως, καὶ περὶ σχήματος σελήνης καὶ ἡλίου. καὶ δὴ καὶ πότερον σφαιροειδὴς ἡ γῆ καὶ ὁ κόσμος, ἢ οὔ. 4 Περὶ τούτων B μὲν οὖν πραγματεύεται καὶ ὁ μαθηματικός, ἀλλ' οὐχ ᾗ φυσικοῦ σώματος πέρας ἕκαστον· οὐδὲ τὰ συμβεβηκότα θεωρεῖ ᾗ τοιούτοις οὖσι συμβέβηκε. διὸ καὶ χωρίζει· χωριστὰ γὰρ τῇ νοήσει, κινήσεώς ἐστι· καὶ οὐδὲν διαφέρει, οὐδὲ γίνεται ψεῦδος χωριζόντων. 5 Λανθάνουσι δὲ τοῦτο ποιοῦντες, καὶ οἱ τὰς ἰδέας λέγοντες. τὰ γὰρ φυσικὰ χωρίζουσιν ἧττον ὄντα χωριστὰ τῶν μαθηματικῶν. 6 Γίγνοιτο δ' ἂν τοῦτο δῆλον, εἴ τις ἑκατέρων πειρῷτο λέγειν τοὺς ὅρους, καὶ αὐτῶν καὶ τῶν συμβεβηκότων· τὸ μὲν γὰρ περιττὸν ἔσται καὶ τὸ ἄρτιον, καὶ τὸ εὐθὺ καὶ τὸ καμ- C πύλον· ἔτι δὲ καὶ ἀριθμός, καὶ γραμμή, καὶ σχῆμα ἄνευ κινήσεως· σὰρξ δὲ καὶ ὀστοῦν καὶ ἄνθρωπος, οὐκέτι· ἀλλὰ ταῦτα ὥσπερ ῥὶς σιμή, ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ καμπύλον λέγεται. 7 Δηλοῖ δὲ καὶ τὰ φυσικώτερα * τῶν μαθημάτων, οἷον (γρ. τῶν μαθηματικῶν,) ὀπτική, καὶ ἁρμονική, καὶ ἀστρολογία· ἀνάπαλιν γὰρ τρόπον τινὰ ἔχουσι τῇ γεωμετρίᾳ. ἀλλὰ ἡ μὲν γεωμετρία περὶ γραμμῆς φυσικῆς σκοπεῖ· ἀλλ' οὐχ ᾗ φυσική· ἡ δ' ὀπτική, D μαθηματικὴν μὲν γραμμήν, ἀλλ' οὐχ ᾗ μαθηματική, ἀλλ' ᾗ φυσική. 18 Ἐπειδὴ δὲ ἡ φύσις διχῶς, τό, τε εἶδος καὶ ἡ ὕλη, ὡς ἂν εἰ περὶ σιμότητος τί ἐστι σκοποῖμεν, οὕτω θεωρητέον. ὥστ' οὔτ' ἄνευ ὕλης τὰ τοιαῦτα, οὔτε κατὰ τὴν ὕλην. 19 Καὶ γὰρ δὴ καὶ περὶ τούτου διχῶς ἀπορήσειεν ἄν τις, ἐπεὶ δύο αἱ φύσεις, περὶ ποτέρας τοῦ φυσικοῦ, ἢ περὶ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν· ἀλλ' εἰ περὶ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν, καὶ περὶ ἑκατέρας.

πότερον οὖν τῆς αὐτῆς, ἢ ἄλλης, ἑκατέραν γνωρίζειν; 10 Εἰς μὲν γὰρ τοὺς ἀρχαίους ἀποβλέψαντι δόξειεν ἂν εἶναι τῆς ὕλης· ἐπὶ μικρὸν γάρ τι μέρος Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος τοῦ εἴδους καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι ἥψαντο. 11 Εἰ δὲ ἡ τέχνη μιμεῖται τὴν φύσιν, τῆς δὲ αὐτῆς *ἐπιστήμης εἰδέναι τὸ εἶδος καὶ τὴν ὕλην μέχρι του

γρ. Quid τέχν.

(οἷον ἰατροῦ ὑγίειαν, καὶ χολὴν, καὶ φλέγμα, ἐν οἷς ἡ ὑγίεια· ὁμοίως δὲ καὶ οἰκοδόμου, τό, τε εἶδος τῆς οἰκίας, καὶ τὴν ὕλην, ὅτι πλίνθοι, καὶ ξύλα· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων) καὶ τῆς φυσικῆς ἂν εἴη τὸ γνωρίζειν ἀμφοτέρας τὰς φύσεις. B

12 Ἔτι τὸ οὗ ἕνεκα, καὶ τὸ τέλος, τῆς αὐτῆς, καὶ ὅσα τούτων ἕνεκα. ἡ δὲ φύσις, τὸ τέλος καὶ οὗ ἕνεκα. ὧν γὰρ συνεχοῦς τῆς κινήσεως οὔσης, ἐστὶ τέλος τι τῆς κινήσεως, τοῦτο ἔσχατον καὶ τὸ οὗ ἕνεκα. διὸ καὶ ὁ ποιητὴς γελοίως προήχθη εἰπεῖν,

γρ. Euripid.

Ἔχει τελευτὴν, ἧσπερ οὕνεκ' ἐγένετο.

Βούλεται γὰρ οὐ πᾶν εἶναι τὸ ἔσχατον, τέλος, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον. 13 * Ἐπεὶ δὲ ποιοῦσιν αἱ τέχναι τὴν ὕλην, αἱ μὲν ἁπλῶς, αἱ δὲ εὐεργόν· καὶ χρώμεθα ὡς ἡμῶν ἕνεκα πάντων ὑπαρχόντων· ἐσμὲν γάρ πως καὶ ἡμεῖς τέλος· διχῶς γὰρ τὸ οὗ ἕνεκα· εἴρηται δὲ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας· * δύο δὴ αἱ ἄρχουσαι τῆς ὕλης καὶ γνωρίζουσαι τέχναι, ἥ τε χρωμένη, καὶ τῆς ποιητικῆς ἡ ἀρχιτεκτονική. διὸ καὶ ἡ χρωμένη, ἀρχιτεκτονική πως· διαφέρει δὲ, ᾗ ἡ μὲν τοῦ εἴδους γνωριστική, ἡ ἀρχιτεκτονικὴ· ἡ δὲ, ὡς ποιητικὴ τῆς ὕλης. ὁ μὲν γὰρ κυβερνήτης ποῖόν τι τὸ εἶδος τοῦ πηδαλίου γνωρίζει καὶ ἐπιτάττει· ὁ δὲ, ἐκ ποίου ξύλου καὶ ποίων κινήσεων ἔσται. ἐν μὲν οὖν τοῖς κατὰ τέχνην, ἡμεῖς ποιοῦμεν τὴν ὕλην τοῦ ἔργου ἕνεκα· ἐν δὲ τοῖς φυσικοῖς ὑπάρχει οὖσα. 14 Ἔτι τῶν πρός τι ἡ ὕλη· ἄλλῳ γὰρ εἴδει ἄλλη ὕλη. 15 Μέχρι δὴ πόσου τὸν φυσικὸν δεῖ εἰδέναι τὸ εἶδος καὶ τὸ τί ἐστιν; ἢ ὥσπερ τὸν ἰατρὸν νεῦρον, ἢ χαλκέα χαλκὸν, μέχρι του; τινὸς γὰρ ἕνεκα ἕκαστον, * καὶ περὶ ταῦτα ἅ ἐστι χωριστὰ μὲν εἴδει, ἐν ὕλῃ δέ. ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον * γεννᾷ καὶ ἥλιος. πῶς δὲ ἔχει τὸ χωριστόν, καὶ τί ἐστι, φιλοσοφίας τῆς πρώτης διορίσαι ἔργον.

γρ. ἐπεὶ καὶ π.

γρ. δύο δὲ αἱ.

Suſpectus locus. Vicom. legēdum putat ἀχώριστα parum probabiliter. Scriptū reperimus χωριστὰ εἴδει. quam lectionem etiā Græci interp. agnoſcunt.

γρ. γεννᾷ ἐκ τῆς ὕλης, καὶ ἥλ.

A Vtrùm igitur ad eandem, an ad aliam atque aliam *ſcientiam pertinet* vtramque naturam notificare? 10 Ad veteres philoſophos reſpicienti videri poteſt *ſolius* materię rationem haberi *à phyſico*. parum enim Empedocles ac Democritus formam & quidditatem attigerunt. 11 Quòd ſi ars imitatur naturam, eiuſdem verò ſcientiæ *eſt* quadamtenus noſſe formam & materiam; (vt medici *eſt noſſe* ſanitatem, nec non bilem & pituitam, in quibus ineſt ſanitas: ſimiliter etiam ædificatoris *eſt noſſe* formam domus, & materiam, quòd *ſcilicet materia domus ſint* lateres & ligna: eadémque ratio *eſt* aliarum rerum;) profectò etiam phyſicæ munus erit notificare ambas naturas. 12 Præterea eiuſdem *ſcientiæ eſt noſſe* id cuius causâ, & finem, & quæcumque horum causâ *ſunt*: natura autem *eſt* finis & id cuius causâ: quorum enim motus cùm ſit continuus, eſt aliquis finis illius motus, hic *finis eſt* extremum & id cuius causâ. Ideóque poëta ridiculè adductus eſt, vt diceret,

*Habet finem cuius causâ genitus erat.*

C Non enim omne extremum meretur nomen finis. ſed id quod *eſt* optimum. 13 Cùm autem artes materiam faciant, aliæ ſimpliciter, aliæ ad opus idoneam: nóſque *his* omnibus vtamur tamquam noſtrâ causâ ſint; (ſumus enim & nos aliquo modo finis: quia bifariàm *ſumitur* id cuius causâ, vt dictum eſt in *libris* de philoſophia;) duæ ſanè *ſunt* artes, quæ præſunt materiæ, atque eam cognoſcunt, nempe ea quæ vtitur, & quæ effectrici præeſt, architectonica. idcirco etiam ea quæ vtitur, *eſt* quodammodo architectonica. differunt autem, quatenus hæc quidem architectonica formam cognoſcit, illa D verò *dicitur architectonica*, tamquam efficiens materiam. nam gubernator, qualis ſit forma claui, nouit, & imperat: alter autem nouit, ex quali ligno, & ex quibus motibus *clauus* erit. in iis igitur quæ *ſunt* ſecundùm artem, nos materiam facimus operis causâ. in naturalibus autem ſuppetit. 14 Præterea materia, *in* eorum *numero eſt* quæ ad aliquid *referuntur*. nam alii formæ alia materia conuenit. 15 Quouſque igitur oportet Phyſicum cognoſcere formam & quid eſt? an vt medicus *noſſe debet* neruum, aut faber æs, *nempe* vſque ad aliquem *terminum*? alicuius E enim causâ vnumquodque conſiderat: & in iis verſatur, quæ ſunt quidem formâ ſeparabilia, *ſunt* tamen in materia: homo namque hominem gignit, & Sol. Quomodo autem *ſe* habeat, quod *eſt* ſeparatum, & quid ſit, primæ philoſophiæ munus *eſt* definire.

## DE CAVSIS, TRACTATVS. III.

### De cauſis per ſe. Cap. III.

HIs definitis, conſiderandum *eſt*, quænam & quot numero ſint cauſæ. cum enim res naturales cognoſcendi gratiâ *ſit* hæc tractatio; nec prius vnumquodque noſſe arbitremur, quam ſumpſerimus *cauſam* propter quam eſt: (hoc autem eſt ſumere primam cauſam:) profectò nobis quoque hoc faciendum *eſt* & in ortu & interitu, & in omni naturali mutatione: vt, cognitis horum principiis, conemur ad ea referre ſingula quæſita. 2. Vno igitur modo cauſa dicitur id ex quo inſito aliquid fit: vt æs *eſt cauſa* ſtatuæ, & argentum phialæ, & horum genera. 3 Alio autem *modo* forma & exemplar, (hæc autem eſt ratio quidditatis,) & huius genera: vt *harmoniæ* diapaſon, *forma eſt* duo ad vnum, & omnino numerus, ac partes quæ in definitione *ponuntur*. 4 Præterea vnde *eſt* primum mutationis vel quietis principium: cuiuſmodi cauſa *eſt*, qui conſultat; & pater filii; & omnino quod facit eius quod fit: & quod mutat, eius quod mutatur.
5 Præterea vt finis. hoc autem eſt *id* cuius gratia: vt deambulandi, ſanitas. Cur enim deambulat? dicimus, vt bene valeat: &, cùm ſic dixerimus, putamus *nos* cauſam reddidiſſe. & quæcumque igitur alio mouente interiecta, finis *gratia* fiunt: vt ſanitatis *gratia fit* extenuatio, vel purgatio, vel pharmaca, vel inſtrumenta: hæc enim omnia finis gratiâ ſunt: differunt autem inter ſe, quòd alia ſint opera, alia inſtrumenta. 6 Cauſæ igitur tot fere modis dicuntur. 7 Cùm autem cauſæ multis modis dicantur: accidit, vt eiuſdem *effectus* ſint multæ cauſæ, non ex accidente: vt ſtatuæ & *ars* ſtatuaria, & æs, non alia quapiam ratione, ſed qua *eſt* ſtatua: non tamen eodem modo: ſed altera *eſt cauſa*, vt materia; altera, vt id vnde motus *profectus eſt*. 8 Sunt etiam quædam ſibi inuicem cauſæ: vt labor *eſt* cauſa firmæ corporis conſtitutionis: atque hæc *eſt cauſa* laborandi: non tamen eodem modo: ſed hæc *eſt cauſa* vt finis: illud autem, vt principium motus. 9 Præterea eadem eſt contrariorum cauſa; quod enim præſens, *eſt* cauſa huius *effectus*: hoc abſens dicimus interdum cauſam eſſe contrarii *effectus*: vt abſentiam gubernatoris *dicimus eſſe cauſam* ſubmerſionis nauis cuius præſentia erat cauſa ſalutis.

A

Διωρισμένων δὲ τούτων, ἐπισκεπτέον περὶ τῶν αἰτίων, ποῖά τε καὶ πόσα τὸν ἀριθμόν ἐστιν. ἐπεὶ γὰρ τοῦ εἰδέναι χάριν ἡ φυσικὴ ἡ πραγματεία· εἰδέναι δὲ οὐ πρότερον οἰόμεθα ἕκαστον, πρὶν ἂν λάβωμεν τὸ διὰ τί περὶ ἕκαστον, (τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λαβεῖν τὴν πρώτην αἰτίαν) δῆλον ὅτι καὶ ἡμῖν τοῦτο ποιητέον καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, καὶ περὶ πάσης τῆς φυσικῆς μεταβολῆς· ὅπως εἰδότες αὐτῶν τὰς ἀρχάς, ἀνάγειν εἰς αὐτὰς πειρώμεθα τῶν ζητουμένων ἕκαστον. 2 Ἕνα μὲν οὖν τρόπον αἴτιον λέγεται, τὸ ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος, οἷον, ὁ χαλκὸς τοῦ ἀνδριάντος, καὶ ὁ ἄργυρος τῆς φιάλης, καὶ τὰ τούτων γένη. 3 Ἄλλον δέ, τὸ εἶδος καὶ τὸ παράδειγμα· (τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι) καὶ τὰ τούτου γένη· οἷον τοῦ διὰ πασῶν τὰ δύο πρὸς ἕν, καὶ ὅλως ὁ ἀριθμός, καὶ τὰ μέρη τὰ ἐν τῷ λόγῳ. 4 Ἔτι, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἡ πρώτη, ἢ τῆς ἠρεμήσεως, οἷον ὁ βουλεύσας αἴτιος, καὶ ὁ πατὴρ τοῦ τέκνου, καὶ ὅλως τὸ ποιοῦν τοῦ ποιουμένου, καὶ τὸ μεταβάλλον τοῦ μεταβαλλομένου. 5 Ἔτι, ὡς τὸ τέλος· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ οὗ ἕνεκα, οἷον τοῦ περιπατεῖν ἡ ὑγίεια· διὰ τί γὰρ περιπατεῖ; φαμέν, ἵνα *ὑγιάνῃ· καὶ εἰπόντες οὕτως, οἰόμεθα ἀποδεδωκέναι τὸ αἴτιον· καὶ ὅσα δὴ κινήσαντος ἄλλου μεταξὺ γίγνεται τοῦ τέλους, οἷον τῆς ὑγιείας ἡ *ἰσχνασία, ἢ ἡ κάθαρσις, ἢ τὰ φάρμακα, ἢ τὰ ὄργανα· πάντα γὰρ ταῦτα τοῦ τέλους ἕνεκά ἐστι· διαφέρει δὲ ἀλλήλων, ὡς ὄντα τὰ μὲν ἔργα, τὰ δ' ὄργανα. 6 Τὰ μὲν οὖν αἴτια σχεδὸν τοσαυταχῶς λέγεται. 7 Συμβαίνει δὲ πολλαχῶς λεγομένων τῶν αἰτίων καὶ πολλὰ τοῦ αὐτοῦ αἴτια εἶναι, οὐ κατὰ συμβεβηκός, οἷον τοῦ ἀνδριάντος, καὶ ἡ ἀνδριαντοποιητική, καὶ ὁ χαλκός, *οὐ καθ' ἕτερόν τι, ἀλλ' ᾗ ἀνδριάς· ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον· ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς ὕλη, τὸ δ' ὡς ὅθεν ἡ κίνησις. 8 Ἔστι δέ τινα καὶ ἀλλήλων αἴτια, οἷον τὸ πονεῖν αἴτιον τῆς εὐεξίας, καὶ αὕτη τοῦ πονεῖν· ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον· ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς τέλος, τὸ δὲ ὡς ἀρχὴ κινήσεως. 9 Ἔτι δέ, τὸ αὐτὸ τῶν ἐναντίων ἐστὶν αἴτιον. ὃ γὰρ παρὸν αἴτιον τουδί, τοῦτο καὶ ἀπὸν αἰτιώμεθα ἐνίοτε τοῦ ἐναντίου· οἷον, τὴν ἀπουσίαν τοῦ κυβερνήτου, τῆς τοῦ πλοίου ἀνατροπῆς, οὗ ἦν ἡ παρουσία αἰτία τῆς σωτηρίας.

B C D E

* γρ. ὑγιαίνῃ.
* γρ. ἰσχνασία.
* γρ. ταῦτα δὲ καθ' ἕτ.

10 Ἅπαντα δὲ τὰ νῦν εἰρημένα αἴτια, εἰς τέτταρας τρόπους πίπτει τοὺς φανερωτάτους· τὰ μὲν γὰρ στοιχεῖα τῶν συλλαβῶν, καὶ ἡ ὕλη τῶν σκευαστῶν, καὶ τὸ πῦρ, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν σωμάτων, καὶ τὰ μέρη τοῦ ὅλου, καὶ αἱ ὑποθέσεις τοῦ συμπεράσματος, ὡς τὸ ἐξ οὗ αἴτιά ἐστι· *τούτων δὲ, τὰ μὲν ὡς τὸ ὑποκείμενον, οἷον τὰ μέρη· τὰ δὲ ὡς τὸ τί ἦν εἶναι, τό, τε, ὅλον. καὶ ἡ σύνθεσις, καὶ τὸ εἶδος· τὸ δὲ σπέρμα, καὶ ὁ ἰατρὸς, καὶ ὁ βουλεύσας, καὶ ὅλως τὸ ποιοῦν, πάντα ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς, ἢ στάσεως, ἢ κινήσεως· τὰ δὲ ὡς τὸ τέλος, καὶ τὸ ἀγαθὸν τῶν ἄλλων· τὸ γὰρ οὗ ἕνεκα, βέλτιστον, καὶ τέλος τῶν ἄλλων ἐθέλει εἶναι· διαφερέτω δὲ μηδὲν αὐτὸ εἰπεῖν ἀγαθὸν, ἢ φαινόμενον ἀγαθόν. τὰ μὲν οὖν αἴτια τοιαῦτα καὶ τοσαῦτά ἐστι τῷ εἴδει. 11 Τρόποι δὲ τῶν αἰτίων, ἀριθμῷ μὲν εἰσὶ πολλοὶ, συγκεφαλαιούμενοι δὲ καὶ οὗτοι ἐλάττους· λέγεται γὰρ αἴτια πολλαχῶς, καὶ αὐτῶν τῶν ὁμοειδῶν, προτέρως καὶ ὑστέρως ἄλλου ἄλλο, οἷον ὑγιείας ὁ ἰατρὸς, καὶ ὁ τεχνίτης· καὶ τοῦ διὰ πασῶν, τὸ διπλάσιον, καὶ ὁ ἀριθμὸς, καὶ ἀεὶ τὰ περιέχοντα *πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον. 12 Ἔτι δ', ὡς τὸ συμβεβηκὸς, καὶ τὰ τούτων γένη· οἷον ἀνδριάντος ἄλλως Πολύκλειτος, καὶ ἄλλως ἀνδριαντοποιὸς, ὅτι συμβέβηκε τῷ ἀνδριαντοποιῷ τὸ Πολυκλείτῳ εἶναι. καὶ τὰ περιέχοντα δὲ τὸ συμβεβηκὸς, οἷον εἰ ὁ ἄνθρωπος αἴτιος εἴη τοῦ ἀνδριάντος, ἢ ὅλως τὸ ζῷον. 13 Ἔστι δὲ καὶ τῶν συμβεβηκότων ἄλλα ἄλλων *πορρώτερον καὶ ἐγγύτερον· οἷον εἰ ὁ λευκὸς, καὶ ὁ μουσικὸς αἴτιος λέγοιτο τοῦ ἀνδριάντος. 14 Παρὰ πάντα δὲ καὶ τὰ οἰκείως λεγόμενα, καὶ τὰ κατὰ συμβεβηκὸς, τὰ μὲν ὡς δυνάμενα λέγεται, τὰ δὲ ὡς ἐνεργοῦντα· οἷον τοῦ οἰκοδομεῖσθαι οἰκίαν ὁ οἰκοδόμος, ἢ ὁ οἰκοδομῶν οἰκοδόμος. 15 Ὁμοίως δὲ λεχθήσεται καὶ ἐφ' ὧν αἴτια τὰ αἴτια τοῖς εἰρημένοις· οἷον τουδὶ τοῦ ἀνδριάντος, ἢ ἀνδριάντος, ἢ καὶ ὅλως εἰκόνος· καὶ χαλκοῦ τοῦδε, ἢ χαλκοῦ, ἢ ὅλως ὕλης· καὶ ἐπὶ τῶν συμβεβηκότων ὡσαύτως.

16 Ἔτι δὲ συμπλεκόμενα καὶ ταῦτα καὶ ἐκεῖνα λεχθήσεται· οἷον οὐ Πολύκλειτος, οὐδὲ ἀνδριαντοποιὸς, ἀλλὰ Πολύκλειτος ἀνδριαντοποιός. 17 Ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ταῦτά ἐστι, τὸ μὲν πλῆθος ἕξ, λεγόμενα δὲ διχῶς. ἢ γὰρ ὡς τὸ καθ' ἕκαστον, ἢ ὡς τὸ γένος, ἢ ὡς τὸ κατὰ συμβεβηκὸς, ἢ ὡς τὸ γένος τοῦ συμβεβηκότος· ἢ ὡς συμπλεκόμενα ταῦτα, ἢ ὡς ἁπλῶς λεγό-

x. τύπου

x. πρὸς τὰ καθέκαστα.

γρ' πορρώτερα καὶ ἐγγύτερα, ſic apud Themiſt.

A 10 Omnes autem cauſæ quæ nunc dictæ ſunt, in quatuor modos manifeſtiſſimos cadunt: (nam elementa *ſunt cauſæ* ſyllabarum: & materia, eorum quæ opificio conſtant: & ignis, & quæ *ſunt* eiuſmodi, corporum: & partes, totius: & hypotheſes, concluſionis: cauſæ *inquam* ſunt, vt id ex quo:) harum verò aliæ *ſunt* vt ſubiectum, veluti partes: aliæ vt quidditas, *nempe* totum, & compoſitio & forma; ſed ſemen, & medicus & conſultans, & omnino faciens, *hæc*

B *inquam* omnia *ſunt cauſæ* vnde *eſt* principium mutationis, vel ſtatus, vel motionis. aliæ verò *ſunt cauſæ* vt finis bonúmque aliorum. id enim cuius gratiâ, debet eſſe optimum, & cæterorum finis. ſed nihil interſit, vtrùm dicatur ipſum *finem* eſſe bonum, an videri bonum. Cauſæ igitur tales, ac tot ſunt ſpecie. 11. Modi verò cauſarum numero quidem ſunt multi: ſed, ſi ſummatim colligantur, & ipſi pauciores *fiunt.* dicuntur enim cauſæ multis mo-

C dis. & ipſarum *cauſarum* quæ *ſunt* eiuſdem generis, alia *eſt* prior & poſterior quàm alia. vt ſanitatis *cauſa eſt* medicus, & artifex. & *harmoniæ* diapoſon *cauſa eſt* duplum & numerus. ac ſemper ea quæ continent, *ita ſe habent* ad ſingula. 12 Præterea *dicuntur cauſæ* vt accidens & horum genera. vt puta ſtatuæ aliter *cauſa eſt* Polycletus, aliter ſtatuarius, quoniam accidit ſtatuario vt ſit Polycletus. Sed & ea quæ accidens continent, *appellantur cauſæ*: veluti ſi homo ſit cauſa ſtatuæ, aut omnino animal.

D 13 Accidentium quoque alia ſunt aliis remotiora & propinquiora: veluti ſi albus & muſicus dicatur eſſe cauſa ſtatuæ. 14 Præter omnes autem cauſas, & quæ propriè, & quæ ex accidenti dicuntur, aliæ dicuntur *cauſæ*, quia poſſunt: aliæ, quia agunt: vt ædificandæ domus *cauſa eſt* ædificator, aut ædificans ædificator. 15 Similiter autem dicetur etiam in iis quorum *ea* cauſæ, *quas expoſuimus*, ſunt cauſæ, vt in *ipſis cauſis* expoſitis. exempli gratiâ *eſt cauſa* huius ſtatuæ, vel ſtatuæ, vel omnino

E imaginis. item *eſt cauſa* huius æris, vel æris, vel omnino materiæ. Eadem *eſt* accidentium ratio. 16 Præterea & hæ & illæ dicuntur coniunctæ. verbi gratiâ, non Polycletus, nec ſtatuarius, ſed Polycletus ſtatuarius. 17 Sed nihilominus omnes hæ ſunt quidem, quod ad multitudinem, ſex: ſed dicuntur bifariam: vel enim vt ſingulare, vel vt genus, vel vt ex accidenti, vel genus accidentis: *&* vel hęc coniuncta, vel ſimpliciter accepta:

*hac*

*hæc* autem omnia vel agentia, vel ſecundùm poteſtatem. 18 Adeo autē differunt; vt agentes, & ſingulares, ſimul ſint & non ſint cum *iis* quorum *ſunt* cauſæ: (veluti hic qui medetur *ſimul eſt* cum hoc qui ſanatur: & hic ædificans, *ſimul eſt* cum hac re quæ ædificatur:) quæ verò ſecundùm poteſtatem *cauſæ dicuntur*, non ſemper *ſimul ſunt*; quia non ſimul interit domus & ædificator. 19 Oportet autem ſemper ſummam cuiuſque rei cauſam quærere, quemadmodum & in aliis *rebus*. vt homo ædificat quia *eſt* ædificator: ædificator autem *eſt* ſecundùm artem ædificandi: hæc igitur cauſa prior eſt. atque ita *ſe res habet* in omnibus.

20. Præterea *oportet* generum *quærere* genera: ſingularium autem ſingularia: vt ſtatuarius *eſt cauſa* ſtatuæ: hic autem *ſtatuarius*, huius *ſtatuæ*. Ac poteſtates quidem, eorum quæ fieri poſſunt: agentia verò, eorum quæ aguntur. 21 Quot igitur *ſint* cauſæ, & quomodo *ſint* cauſæ, ſatis à nobis definitum eſto.

A ἅμα· πάντα δὲ ἢ ἐνεργοῦντα, ἢ κατὰ δύναμιν. 18 Διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι τὰ μὲν ἐνεργοῦντα, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον, ἅμα ἐστὶ καὶ οὐκ ἔστι, καὶ ὧν αἴτια· οἷον ὅδε ὁ ἰατρεύων τῷδε τῷ ὑγιαζομένῳ, καὶ ὅδε ὁ οἰκοδομῶν τῷδε τῷ οἰκοδομουμένῳ. τὰ δὲ κατὰ δύναμιν, οὐκ ἀεί· φθείρεται γὰρ οὐχ ἅμα ἡ οἰκία καὶ ὁ οἰκοδόμος. 19 Δεῖ δὲ ἀεὶ τὸ αἴτιον ἑκάστου τὸ ἀκρότατον ζητεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· οἷον ἄνθρωπος οἰκοδομεῖ, ὅτι οἰκοδόμος· ὁ δὲ οἰκοδόμος, κατὰ τὴν
E οἰκοδομικήν. τοῦτο τοίνυν πρότερον τὸ αἴτιον· καὶ οὕτως ἐπὶ πάντων. 20 Ἔτι, τὰ μὲν γένη τῶν γενῶν, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα τῶν καθ' ἕκαστα, οἷον ἀνδριαντοποιὸς μὲν ἀνδριάντος, ὁδὶ δὲ τουδί. καὶ αἱ μὲν δυνάμεις τῶν δυνατῶν, τὰ δὲ ἐνεργοῦντα πρὸς τὰ ἐνεργούμενα. 21 Ὅσα μὲν οὖν τὰ αἴτια, καὶ ὃν τρόπον αἴτια, ἔστω ἡμῖν διωρισμένα * ἱκανῶς. γρ. τυχὸν ἱκανῶς

Aliorum opiniones de caſu & fortuna.

Cap. IV.

Sed & fortuna & caſus dicuntur eſſe *in* cauſarum *numero*, multáque & eſſe & fieri fortuito & caſu. quo igitur modo in his cauſis ſit fortuna & caſus, & vtrùm idem *ſint* fortuna & caſus, an diuerſa, & omnino quid ſit fortuna & caſus, conſiderandum *eſt*. 2 Etenim nonnulli, an ſit necne, dubitant. aiunt enim nihil fieri à fortuna: ſed omnium, quæ dicimus caſu vel fortuitò fieri, eſſe aliquam cauſam definitam. vtputà fortuitò veniendi in forum, & reperiendi, quem volebat quidem, non tamen putabat *ſe reperturum*, cauſa *eſt* voluntas, *rem aliquam*, cùm in forum veniſſet, emendi. Similiter & in aliis, quæ fortuitò fieri dicuntur, ſemper aliquam cauſam ſumi poſſe, non autem fortunam. 3 Nam ſi fortuna eſſet aliquid, re vera abſurdum videretur: ac dubitare quiſpiam poſſet, cur nemo vmquam veterum ſapientum, cauſas ortus & interitus tradens, de fortuna quidpiam definierit. Sed, vt videtur, ne illi quidem putarunt aliquid eſſe à fortuna. 4 Sed & hoc admirabile *eſt*. multa namque fiunt & ſunt à fortuna & caſu: quæ non ignorantes poſſe referri ſingula ad aliquam eorum quæ fiunt, cauſam, quemadmodum antiquus ſermo fortunam tollens ait;

C Λέγεται δὲ καὶ ἡ τύχη καὶ τὸ αὐτόματον τῶν αἰτίων, καὶ πολλὰ καὶ εἶναι καὶ γίνεσθαι διὰ τύχην, καὶ διὰ τὸ αὐτόματον. τίνα οὖν τρόπον ἐν τούτοις ἐστὶ τοῖς αἰτίοις ἡ τύχη, καὶ τὸ αὐτόματον· καὶ πότερον τὸ αὐτὸ ἡ τύχη, καὶ τὸ αὐτόματον, ἢ ἕτερον, καὶ ὅλως τί ἐστιν ἡ τύχη, καὶ τὸ αὐτόματον, ἐπισκεπτέον. 2 Ἔνιοι γὰρ καὶ εἰ ἔστιν ἢ μή, ἀποροῦσιν· οὐδὲν γὰρ γίνεσθαι ἀπὸ τύχης φασίν, ἀλλὰ πάντων εἶναί τι αἴτιον ὡρισμένον, ὅσα λέγομεν ἀπὸ ταὐτομάτου γίνεσθαι, ἢ τύχης· οἷον τοῦ ἐλθεῖν ἀπὸ τύχης εἰς τὴν ἀγοράν, καὶ καταλαβεῖν, ὃν ἐβούλετο μέν, οὐκ
D ᾤετο δέ, αἴτιον τὸ βούλεσθαι ἐλθόντα ἀγοράσαι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀπὸ τύχης λεγομένων, ἀεί τι εἶναι λαβεῖν τὸ αἴτιον, ἀλλ' οὐ τύχην. 3 Ἐπεὶ εἴγε τι ἦν ἡ τύχη, ἄτοπον ἂν φανείη ὡς ἀληθῶς· καὶ ἀπορήσειεν ἄν τις, διὰ τί ποτε οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων σοφῶν τὰ αἴτια περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς λέγων, περὶ τύχης οὐδὲν διώρισεν· ἀλλ' ὡς ἔοικεν, οὐδὲν ᾤοντο οὐδ' ἐ-
E κεῖνοι εἶναι ἀπὸ τύχης. 4 Ἀλλὰ καὶ τοῦτο θαυμαστόν· πολλὰ γὰρ καὶ γίνεται, καὶ ἔστιν ἀπὸ τύχης καὶ ἀπὸ ταὐτομάτου· ἃ οὐκ ἀγνοοῦντες, ὅτι ἐστὶν ἐπενεγκεῖν ἕκαστον ἐπί τι αἴτιον τῶν γινομένων, καθάπερ ὁ παλαιὸς λόγος εἶπεν, ὁ ἀναιρῶν τὴν τύχην·

ὅμως τούτων τὰ μὲν εἶναί φασι πάντες ἀπὸ τύχης, τὰ δ' οὐκ ἀπὸ τύχης. 5 Διὸ καὶ * ἀμῶς γέ πως ἦν ποιητέον αὐτοῖς μνείαν. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκείνων γέ τι ᾤοντο εἶναι τὴν τύχην, οἷον φιλίαν, ἢ νεῖκος, ἢ πῦρ, ἢ νοῦν, ἢ ἄλλο γέ τι τῶν τοιούτων. ἄτοπον οὖν εἴτε μὴ ὑπελάμβανον εἶναι, εἴτε οἰόμενοι παρέλειπον. 6 Καὶ ταῦτ' ἐνίοτε χρώμενοι· ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς οὐκ ἀεὶ τὸν ἀέρα ἀποκρίνεσθαι ἀνωτάτω φησίν, ἀλλ' ὅπως ἂν τύχῃ. λέγει γοῦν ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ,

*. ἀμωσγέπως

Ὡς οὕτω συνέκυρσε θέων τότε,
πολλάκι δ' ἄλλως.

Καὶ τὰ μόρια τῶν ζώων ἀπὸ τύχης γενέσθαι τὰ πλεῖστά φησιν. 7 Εἰσὶ δέ τινες οἳ καὶ τοῦ οὐρανοῦ τοῦδε, καὶ τῶν κοσμικῶν πάντων αἰτιῶνται τὸ αὐτόματον· ἀπὸ ταὐτομάτου γὰρ γενέσθαι φασὶ τὴν δίνην καὶ τὴν κίνησιν, τὴν διακρίνασαν καὶ καταστήσασαν εἰς ταύτην τὴν τάξιν τὸ πᾶν. 8 Καὶ μάλα τοῦτό γε αὐτὸ θαυμάσαι ἄξιον, λέγοντας, τὰ μὲν ζῷα καὶ τὰ φυτὰ ἀπὸ τύχης μήτε εἶναι μήτε γίνεσθαι, ἀλλ' ἤτοι φύσιν, ἢ νοῦν, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον εἶναι τὸ αἴτιον (οὐ γὰρ ὅ,τι ἔτυχεν, ἐκ τοῦ σπέρματος ἑκάστου γίνεται, ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ τοιουδὶ ἐλαία, ἐκ δὲ τοῦ τοιουδὶ ἄνθρωπος) τὸν δ' οὐρανὸν καὶ τὰ θειότερα τῶν φανερῶν, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γενέσθαι. τοιαύτην δ' αἰτίαν μηδεμίαν εἶναι, οἵαν τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν.

9 Καίτοι γε εἰ οὕτως ἔχει, τοῦτό γε αὐτὸ ἄξιον ἐπιστάσεως. καὶ καλῶς ἔχει λεχθῆναί τι περὶ αὐτοῦ τούτου. πρὸς γὰρ τῷ καὶ ἄλλως ἄτοπον εἶναι τὸ λεγόμενον, ἔτι ἀτοπώτερον τὸ λέγειν ταῦτα, ὁρῶντας ἐν μὲν τῷ οὐρανῷ οὐδὲν ἀπὸ ταὐτομάτου γινόμενον, ἐν δὲ τοῖς οὐκ ἀπὸ τύχης, πολλὰ συμβαίνοντα ἀπὸ τύχης. καίτοι εἰκός γε ἦν τοὐναντίον γενέσθαι.

10 Εἰσὶ δέ τινες, οἷς δοκεῖ εἶναι μὲν αἰτία ἡ τύχη, ἄδηλος δὲ ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ, ὡς θεῖόν τι οὖσα καὶ δαιμονιώτερον. 11 Ὥστε σκεπτέον καὶ τί ἑκάτερον, καὶ εἰ ταὐτὸν ἢ ἕτερον, τό, τε αὐτόματον καὶ ἡ τύχη, καὶ πῶς εἰς τὰ διωρισμένα αἴτια ἐμπίπτουσι.

A tamen horum quædam omnes aiunt eſſe à fortuna, quædam autem non à fortuna. 5 Quocirca eius quoque aliqua mentio ab ipſis facienda erat. At verò nec illorum quidpiam putarunt eſſe fortunam, veluti amicitiam, aut contētionem, aut ignem, aut mentem, aut aliquid aliud eiuſmodi: abſurdum igitur *eſt*, ſiue non exiſtimarunt eſſe, ſiue, cùm *eſſe* putarent, prætermiſerunt. 6 Præſertim cum ipſi quoque interdum *caſu & fortuna* vtantur: ſicut Empedocles non ſemper aërem in ſuperiorem locum ſecerni inquit, ſed quomodo contigerit: dicit enim in Coſmopœia. B

*Sæpe aliàs aliter, ſed tum ſic*
*fortè cucurrit.*

Partes quoque animalium pleraſque à fortuna factas eſſe dicit. 7 Sunt autem nonnulli, qui & cœli huius & omnium mundi partium cauſam adſcribunt caſui: Caſu enim fieri aiunt conuerſionem, & motum, qui vniuerſum diſtinxit, & redegit in hunc ordinem. 8 Et ſanè hoc ipſum valde *eſt* admiratione dignum, quod dicunt, & animalia quidem & plantas nec eſſe nec fieri fortuna; ſed eorum cauſam eſſe aut naturam, aut mentem, aut C aliquid aliud tale: (quia non quoduis ex vnoquoque ſemine fit. ſed ex illo olius, ex hoc autem homo:) cœlum autem, & quæ ſunt inter res manifeſtas magis diuina, caſu facta eſſe, atque *eorum* nullam eſſe talem cauſam, qualem *fatentur eſſe* animalium & plantarum.

9 Atqui, ſi ita *res* habet, hoc ipſum *eſt* conſideratione dignum, & è re eſt de ipſo aliquid dicere. nam præterquam quòd alioqui eſt abſurdum, quod dicitur; adhuc abſurdius *eſt* hæc dicere, cùm videamus in cœlo quidem nihil caſu fieri, in D his autem quæ non *ſunt* à fortuna, multa fortuitò accidere. atqui contrarium fieri decebat.

10 Sunt autem nonnulli quibus fortuna videtur eſſe quidem cauſa; ſed humanæ menti obſcura, tamquam ſit diuinum quid, ac numen excellens. 11 Quare conſiderandum eſt, & quid *ſit* vtrumque, & vtrùm idem *ſint*, an diuerſa: caſus, (inquam,) & fortuna; & quomodo in cauſas ſuprà definitas cadant.

---

## An ſit fortuna & caſus; quid ſit fortuna, & quæ ei accidant.

### Cap. V.

Πρῶτον μὲν οὖν, ἐπεὶ ὁρῶμεν τὰ μὲν ἀεὶ ὡσαύτως γινόμενα, τὰ δ' ὡς ἐπὶ

PRimùm igitur, cùm videamus, quædam ſemper, alia plerumque eodem

modo fieri; manifeſtum *eſt* neutrius horum A cauſam, dici aut fortunam, aut quod eſt fortuitum, *id eſt*, neque eius quod neceſſariò & ſemper *fit*, neque eius quod plerumque *fit*: ſed quia nonnulla etiam ſunt, quæ præter hæc fiunt, atque omnes hæc aiunt eſſe à fortuna: conſtat, fortunam & caſum eſſe aliquid. nam quæ *ſunt* eiuſmodi, *eſſe* à fortuna: & quæ *ſunt* à fortuna, eiuſmodi eſſe nouimus. 2 Eorum autem quæ fiunt, alia fiunt alicuius gratiâ, alia minimè: illorum autem quædam ſunt ex prælectione, quædam non B ex prælectione. ambo autem ſunt in iis quæ alicuius gratiâ *fiunt*. quapropter perſpicuum *eſt*, etiam in iis quæ nec neceſſariò nec plerumque *fiunt*, eſſe nonnulla, in quibus eſſe poteſt quod *fit* alicuius gratiâ. ſunt autem alicuius gratiâ, cùm ea quæ à mente fieri poſſunt, tum etiam quæ à natura. Quæ igitur *ſunt* eiuſmodi, cùm ex accidenti fiunt, ea dicimus eſſe à fortuna.

3 Sicut enim ens, aliud eſt per ſe, aliud ex accidenti: ita etiam cauſa eſſe poteſt. vt ædium per ſe cauſa eſt quod eſt ædificandi C facultate præditum: ex accidenti autem, album aut muſicum. 4 Quæ igitur *eſt* cauſa per ſe, definita *eſt*. quæ verò ex accidenti, indefinita: quoniam infinita poſſunt vni accidere. 5 Sicut igitur dictum fuit; quando in iis quæ alicuius cauſa fiunt, hoc fit, tum dicitur *eſſe* à caſu & fortuna. Horum autem inter ſe differentia poſterius explicanda erit. ſed hoc in præſentia conſtet, vtraque in iis eſſe quæ alicuius cauſa *fiunt*. 6 Vt putà, argenti accipiendi gratiâ veniſſet vtique accepturus pecuniam, ſi ſciuiſſet: ſed non huius rei gratiâ venit: verùm accidit vt veniret, & hoc faceret accipiendi gratia: idque D nec plerumque veniens in *eum* locum, nec neceſſariò. 7 Finis autem, *id eſt* acceptio *pecuniæ*, non eſt *in numero* cauſarum quæ in ipſa re *ſunt*, ſed *eſt* eorum quæ ſub prælectionem cadunt, & à mente *proficiſcuntur*. túncque dicitur fortuitò profectus eſſe. Quòd ſi *id* prælegiſſet, & huius gratiâ *iuiſſet*, vel ſemper aut plerumque *eò* ſe conferens acciperet *pecuniam*: *certè id* non *eſſet* à fortuna.

8 Patet igitur fortunam *eſſe* cauſam ex accidenti, in iis quæ raro contingunt ſecundum prælectionem eorum quæ alicu- E ius gratia fiunt. 9 Quapropter in eodem *verſantur* mens & fortuna: quia prælectio non *eſt* ſine mente. 10 Neceſſe *eſt* igitur, vt ex cauſæ ſint indefinitæ, à quibus fieri poteſt, quod *eſt* à fortuna. vnde fortuna videtur eſſe rei indefinitæ, atque homini occulta. 11 Et aliquo modo nihil à fortuna fieri poſſe videtur. hæc enim omnia rectè dicuntur: quia *ſunt* rationi conſentanea.

τὸ πολύ, φανερὸν ὅτι οὐδετέρου τούτων αἰτία ἡ τύχη λέγεται, οὐδὲ τὸ ἀπὸ τύχης, οὔτε τοῦ ἐξ ἀνάγκης καὶ ἀεί, οὔτε τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἀλλ' ἐπεὶ ἔστιν ἃ γίγνεται καὶ παρὰ ταῦτα, καὶ πάντες ταῦτά φασιν εἶναι ἀπὸ τύχης, φανερὸν ὅτι ἔστι τι ἡ τύχη καὶ τὸ αὐτόματον· τά τε γὰρ τοιαῦτα ἀπὸ τύχης, καὶ τὰ ἀπὸ τύχης τοιαῦτα ὄντα ἴσμεν. 2 Τῶν δὲ γιγνομένων τὰ μὲν ἕνεκά του γίγνεται, τὰ δ' οὔ· τούτων δὲ τὰ μὲν κατὰ προαίρεσιν, τὰ δ' οὐ κατὰ προαίρεσιν· ἄμφω δ' ἐν τοῖς ἕνεκά του· ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ἐν τοῖς παρὰ τὸ ἀναγκαῖον καὶ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἔστιν ἔνια, περὶ ἃ ἐνδέχεται ὑπάρχειν τὸ ἕνεκά του. ἔστι δὲ ἕνεκά του, ὅσα τε ἀπὸ διανοίας ἂν πραχθείη, καὶ ὅσα ἀπὸ φύσεως. τὰ δὴ τοιαῦτα, ὅταν κατὰ συμβεβηκὸς γένηται, ἀπὸ τύχης φαμὲν εἶναι.

3 Ὥσπερ γὰρ καὶ ὄν ἐστι τὸ μὲν καθ' αὑτό, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκός, οὕτω καὶ αἴτιον ἐνδέχεται εἶναι· οἷον οἰκίας, καθ' αὑτὸ μὲν αἴτιον τὸ οἰκοδομικόν, κατὰ συμβεβηκὸς δέ, τὸ λευκὸν ἢ τὸ μουσικόν. 4 Τὸ μὲν οὖν καθ' αὑτὸ αἴτιον, ὡρισμένον· τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκός, ἀόριστον· ἄπειρα γὰρ ἂν τῷ ἑνὶ συμβαίη. 5 Καθάπερ οὖν ἐλέχθη, ὅταν ἐν τοῖς ἕνεκά του γιγνομένοις τοῦτο γένηται, τότε λέγεται ἀπὸ ταὐτομάτου καὶ ἀπὸ τύχης. αὐτῶν δὲ πρὸς ἄλληλα τὴν διαφορὰν τούτων ὕστερον διοριστέον. νῦν δὲ τοῦτο ἔστω φανερόν, ὅτι ἄμφω ἐν τοῖς ἕνεκά του ἐστίν. 6 Οἷον ἕνεκα τοῦ ἀπολαβεῖν τὸ ἀργύριον, *ἦλθεν ἂν κομιζόμενος τὸν ἔρανον, εἰ ᾔδει. ἦλθε δὲ οὐ τούτου ἕνεκα, ἀλλὰ συνέβη ἐλθεῖν, καὶ ποιῆσαι τοῦτο, τοῦ κομίσασθαι ἕνεκα· τοῦτο δὲ οὔτε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φοιτῶν εἰς τὸ χωρίον, οὔτε ἐξ ἀνάγκης.

7 Ἔστι δὲ τὸ τέλος ἡ κομιδή, οὐ τῶν ἐν αὐτῷ αἰτίων, ἀλλὰ τῶν* προαιρετῶν καὶ ἀπὸ διανοίας· καὶ λέγεταί γε τότε ἀπὸ τύχης ἐλθεῖν. εἰ δὲ προελόμενος, καὶ τούτου ἕνεκα, ἢ ἀεὶ φοιτῶν, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κομιζόμενος, οὐκ ἀπὸ τύχης. 8 Δῆλον ἄρα ὅτι ἡ τύχη αἰτία κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν, τῶν ἕνεκά του.

9 Διὸ περὶ τὸ αὐτὸ διάνοια καὶ τύχη· ἡ γὰρ προαίρεσις οὐκ ἄνευ διανοίας.

10 Ἀόριστα μὲν οὖν τὰ αἴτια ἀνάγκη εἶναι, ἀφ' ὧν ἂν γένοιτο τὸ ἀπὸ τύχης. ὅθεν δοκεῖ ἡ τύχη τοῦ ἀορίστου εἶναι, καὶ ἄδηλος ἀνθρώπῳ.

11 Καὶ ἔστιν ὡς οὐδὲν ἀπὸ τύχης δόξειεν ἂν γίγνεσθαι. πάντα γὰρ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, εὐλόγως.

* Lege ἦλθεν ἂν κομιζομένου τὸν ἔρ. vide Philopon. Latini interpretes hunc locũ nõ intellexerunt.

* γρ. ἢ προαιρετῶν

γος. ἔστι μὲν γὰρ ὡς γίνεται ἀπὸ τύχης· κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ γίνεται, καὶ ἔστιν αἴτιον ὡς συμβεβηκὸς, ἡ τύχη· ὡς δ' ἁπλῶς, οὐδενός. A

12 Οἷον οἰκίας, οἰκοδόμος μὲν αἴτιος, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ αὐλητής· καὶ τοῦ ἐλθόντα κομίσασθαι τὸ ἀργύριον, μὴ τούτου ἕνεκα ἐλθόντα, ἄπειρα τὸ πλῆθος· καὶ γὰρ ἰδεῖν τινα βουλόμενος, καὶ διώκων, καὶ φεύγων, καὶ θεασόμενος.

13 Καὶ τὸ φάναι, εἶναί τι παράλογον τὴν τύχην, ὀρθῶς· ὁ γὰρ λόγος ἢ τῶν ἀεὶ ὄντων, ἢ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· ἡ δὲ τύχη ἐν τοῖς γιγνομένοις παρὰ ταῦτα. ὥστ' ἐπεὶ ἀόριστα τὰ οὕτως αἴτια, καὶ ἡ τύχη ἀόριστον. B 14 Ὅμως δ' ἐπ' ἐνίων ἀπορήσειεν ἄν τις. ἆρ' οὖν τὰ τυχόντα

γρ. ἢ ὅπῃ. αἴτια ἂν γένοιτο τῆς τύχης, οἷον ὑγιείας, * ἢ πνεῦμα, ἢ εἵλησις, ἀλλ' οὐ τὸ ἀποκεκάρθαι. ἔστι γὰρ ἄλλα ἄλλων ἐγγύτερα τῶν κατὰ συμβεβηκὸς αἰτίων. 15 Τύχη δὲ ἀγαθὴ μὲν λέγεται, ὅταν ἀγαθόν τι ἀποβῇ· φαύλη δὲ, ὅταν φαῦλόν τι. 16 Εὐτυχία δὲ καὶ δυστυχία, ὅταν μέγεθος ἔχοντα ταῦτα. διὸ καὶ τὸ παρὰ μικρὸν, C κακὸν ἢ ἀγαθὸν λαβεῖν μέγα, ἢ δυστυχεῖν, ἢ εὐτυχεῖν ἐστιν, ὅτι ὡς ὑπάρχον λέγει ἡ διάνοια. τὸ γὰρ παρὰ μικρὸν, ὥσπερ οὐδὲν ἀπέχειν δοκεῖ. 17 Ἔτι, ἀβέβαιον ἡ εὐτυχία, εὐλόγως· ἡ γὰρ τύχη ἀβέβαιος· οὔτε γὰρ ἀεὶ, οὔθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, οἷόν τε εἶναι τῶν ἀπὸ τύχης οὐθέν.

nam aliquo modo fit à fortuna: ex accidenti namque: ac fortuna eſt cauſa vt accidens. ſimpliciter autem nullius *rei cauſa eſt*. 12 Vtputà, ædium cauſa quidem *eſt* ædificator, ſed ex accidenti tibicen. & vt, cùm in forum venerit, argentum accipiat, qui non huius cauſa venit, *cauſæ ſunt* multitudine infinitæ. nam & videre aliquem volens, & perſequens, & inſpecturus, & fugiens, *cauſæ hoc modo dici poſſunt*. 13 Illud quoque rectè *dicitur*, fortunam eſſe à ratione alienam: quoniam ratio *eſt* eorum quæ ſemper aut quæ plerumque ſunt: fortuna verò in iis *cernitur*, quæ præter hæc fiunt: adeo vt, quia indefinitæ *ſunt*, quæ ita ſunt cauſæ, etiam fortuna ſit res indefinita. 14 Veruntamen de quibuſdam aliquis dubitare poſſit, an quævis cauſæ fieri poſſint ipſius fortunæ. veluti, an valetudinis *cauſa ſit* aut ventus, aut æſtus, non detonſum eſſe. nam cauſarum accidentariarum aliæ ſunt aliis propinquiores. 15 Secunda autem fortuna dicitur, cùm aliquid boni euenit. aduerſa verò cùm aliquid mali. 16 Fortunæ verò proſperitas, & infortunium *ſeu calamitas tum dicitur*, cùm hęc magna ſunt. quare etiam cùm parum abeſt quin in magnum aliquod malum vel bonum inciderimus, id quoque eſt infortunio vel proſperitate fortunæ vti: quia mens *id* aſſerit, quaſi ſit. quod enim parum *abeſt*, quaſi nihil abeſſe videtur. 17 Pręterea fortunæ proſperitas inconſtans eſt meritò: quoniam *ipſa* fortuna inconſtans *eſt*: vtpote cùm nihil eorum quæ à fortuna *proficiſcuntur*, aut ſemper aut plerumque eſſe poſſit.

## Collatio fortunæ & caſus, cùm inter ſe, tum etiam cum cauſis per ſe.

### Cap. VI.

Ἔστι μὲν οὖν ἄμφω αἴτια, καθάπερ εἴρηται, κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ ἡ τύχη, καὶ τὸ αὐτόματον, ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις γίγνεσθαι μὴ ὡς ἁπλῶς, μηδὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· καὶ τούτων, ὅσα ἂν γένοιτο ἐν τοῖς ἕνεκά του. 2 Διαφέρει δὲ, ὅτι τὸ αὐτόματον ἐπὶ πλεῖόν ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τύχης, ἀπὸ ταὐτομάτου· τοῦτο δὲ οὐ πᾶν ἀπὸ τύχης. E 3 Ἡ μὲν γὰρ τύχη καὶ τὸ ἀπὸ τύχης, ἐστὶν ὅσοις καὶ τὸ εὐτυχῆσαι ἂν ὑπάρξειε, καὶ ὅλως πρᾶξις. διὸ καὶ ἀνάγκη περὶ τὰ πρακτὰ εἶναι τὴν τύχην. σημεῖον δὲ, ὅτι δοκεῖ ἤτοι ταὐτὸν εἶναι τῇ εὐδαιμονίᾳ, ἢ ἐγγὺς ἡ δ' εὐδαιμονία, πρᾶξίς τις. εὐπραξία γάρ· ὥσθ' * ὅσοις μὴ ἐνδέχεται πρᾶξαι, οὐδὲ τὸ ἀπὸ τύχης τι ποιῆσαι.

γρ. ἐνίοις

D Vtræque igitur ſunt cauſæ, ſicut dictum fuit, ex accidenti, tam fortuna quam caſus; *videlicet* in iis quæ fieri contingit nec ſimpliciter, nec plerumque, & *ſunt in* horum *numero* quæ fieri poſſunt alicuius gratia. 2 Differunt autem: quia caſus latius patet. quod enim à fortuna *eſt*, caſu *eſt*: hoc autem non omne *eſt* à fortuna. 3 Nam fortuna & fortuitum *in iis* eſt, in quibus & fortunæ proſperitas ineſſe poteſt, & omnino actio *ſpectatur*. quare neceſſe *eſt*, vt fortuna in iis *rebus* verſetur quæ ſub actionem cadunt. cuius rei ſignum *eſt*, quia fortunæ proſperitas videtur aut idem eſſe quod beatitudo, aut *ei* propinqua: beatitudo verò *eſt* actio quædam, ſiquidem *eſt* recta actio. quocirca quęcumque non poſſunt agere, *ea* nec fortuitò aliquid facere *queunt*.

4 Atque ob hanc cauſam nec inanimatum aliquid, nec bellua, nec infans facit aliquid fortuitò: quia non habet præelectionem. nec fortunæ proſperitas vel infortunium his ineſt, niſi ſecundùm ſimilitudinem: vt Protarchus dixit fortunatos eſſe lapides ex quibus aræ extruuntur, quia honorantur, cùm alii eiuſdem generis, *pedibus* conculcentur. 5 Sed & pati à fortuna, his quodammodo ineſt, quando *ſcilicet* qui in his aliquid facit, fortuitò facit. aliter verò non *ineſt*. 6 Caſus autem aliis quoque animalibus, & multis rebus inanimatis *attribuitur*, vt putà dicimus equum caſu veniſſe: quia, cùm veniret, ſeruatus eſt. non tamen ob eam cauſam venit, vt ſeruaretur: ac tripoda caſu cecidiſſe: ſtetit enim ſedendi gratiâ: ſed non ob eam cauſam cecidit, vt quis ſederet.

9 Quare perſpicuum *eſt*, in iis quæ ſimpliciter alicuius cauſa fiunt, quando non eius quod contingit, gratia facta ſunt, quæ externam cauſam habent, tunc nos dicere caſu *hæc eſſe facta*. Horum autem *ea fieri* à fortuna, quæ caſu fiunt, & ſub eorum præelectionem cadunt quæ præelectione ſunt prædita. 8 Argumento *eſt vox* μάτην *id eſt, fruſtra*: quia *tunc* dicitur *aliquid fruſtra fieri*, cùm *id* non fit cuius gratiâ, ſed quod *eſt* illius gratiâ. vt deambulatio ſi purgationis gratiâ eſt nec purgatio euenit ei qui deambulauit; dicimus eum fruſtra deambulaſſe, ac deambulationem *ſuo fine eſſe* fruſtratam: tanquam hoc ſit μάτην *id eſt, fruſtra*, quod ſua naturâ in alterius gratiam eſt comparatum, quando *ſcilicet* non perficit id cuius gratia eſt, & naturâ comparatum eſt. Nam ſi quis dicat ſe fruſtra lauiſſe, quia ſol non defecit, ridiculus profectò erit: quoniam hoc non eſt illius gratiâ. Si igitur τὸ αὐτόματον, *id eſt, caſus*, nominis ratione habita, *tunc dicitur*, cum ipſum fruſtra ſit. cecidit enim lapis non feriendi gratiâ: caſu igitur lapis cecidit, quia cadere poteſt etiam ab aliquo feriendi gratiâ *proiectus*. 9 Maximè autem *à caſu* ſeiungitur quod *eſt* à fortuna, in iis quæ à natura fiunt. cùm enim factum eſt aliquid præter naturam, tunc non dicimus id factum eſſe à fortuna. ſed potius caſu: quamquam & hoc eſt diuerſum: illius enim cauſa *eſt* externa, huius verò interna 10 Quid igitur ſit caſus, & quid fortuna, dictum eſt, & quid inter ſe differant. 11 *Quod autem ad* cauſæ modum *attinet*, horum vtrumque in iis *cauſis numeratur* vnde *eſt* principium motus. ſemper enim eſt cauſa vel eorum quæ natura vel eorum quæ à mente *fiunt*: ſed horum multitudo *eſt* indefinita. 12 Cùm autem caſus & fortuna ſint *earum rerum* cauſæ, quarum mens aut natura poteſt eſſe cauſa, quando *ſcilicet* aliquid ex accidẽti fit horum ipſorũ gratiâ:

A 4 Καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἄψυχον οὐδὲν, οὔτε θηρίον, οὔτε παιδίον οὐδὲν ποιεῖ ἀπὸ τύχης, ὅτι οὐκ ἔχει προαίρεσιν· οὐδ' εὐτυχία οὐδ' ἀτυχία ὑπάρχει τούτοις, εἰ μὴ καθ' ὁμοιότητα· ὥσπερ ἔφη Πρώταρχος, εὐτυχεῖς εἶναι τοὺς λίθους ἐξ ὧν οἱ βωμοὶ, ὅτι τιμῶνται, οἱ δὲ ὁμόζυγες αὐτῶν καταπατοῦνται. 5 Τὸ δὲ πάσχειν ἀπὸ τύχης, ὑπάρξει πως καὶ τούτοις, ὅταν ὁ πράττων τι περὶ αὐτὰ, πράξῃ ἀπὸ τύχης. ἄλλως δὲ οὐκ ἔστι. 6 Τὸ δὲ αὐτόματον

B καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις, καὶ πολλοῖς * τῶν ἀψύχων. οἷον ὁ ἵππος αὐτόματος, φαμὲν, ἦλθεν, ὅτι ἐσώθη μὲν ἐλθὼν, οὐ τοῦ σωθῆναι δὲ ἕνεκεν ἦλθε. καὶ ὁ τρίπους αὐτόματος κατέπεσεν· ἔστη μὲν γὰρ τοῦ καθῆσθαι ἕνεκεν· ἀλλ' οὐ τοῦ καθῆσθαι ἕνεκεν κατέπεσεν. 7 Ὥστε φανερὸν ὅτι ἐν τοῖς ἁπλῶς ἕνεκά του γινομένοις, ὅταν μὴ τοῦ συμβάντος ἕνεκα γένηται, ὧν ἔξω τὸ αἴτιον, τότε ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου λέγομεν· ἀπὸ τύχης δὲ, τούτων ὅσα ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γίνεται τῶν προαιρετῶν τοῖς ἔχουσι προαίρεσιν.

*γρ. πῶς ἀψύχων*

C 8 Σημεῖον δὲ τὸ μάτην, ὅτι λέγεται, * ὅταν μὴ γένηται τὸ ἕνεκα ἄλλου, ἐκείνου ἕνεκα· οἷον, τὸ βαδίσαι, εἰ λαπάξεως ἕνεκά ἐστιν· εἰ δὲ μὴ ἐγένετο βαδίσαντι, μάτην ἔφαμεν βαδίσαι, καὶ ἡ βάδισις ματαία, ὡς τοῦτο ὂν τὸ μάτην, τὸ πεφυκὸς ἄλλου ἕνεκα, ὅταν μὴ περαίνῃ ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα ἦν, καὶ ἐπεφύκει. ἐπεὶ εἴ τις λούσασθαι φαίη μάτην, ὅτι οὐκ ἐξέλιπεν ὁ ἥλιος, γελοῖος ἂν εἴη· οὐ γὰρ ἦν τοῦτο ἐκείνου ἕνεκα. οὕτω δὴ τὸ αὐτόματον κατὰ τὸ ὄνομα, ὅταν αὐτὸ μάτην

*γρ. ὅταν μὴ γένηται τὸ οὗ ἕνεκα, ἀλλὰ ὃ ἐκείνου ἕνεκα. vide Simpliciū. Vicom. ſic, ὅταν μὴ γένηται τὸ ἕνεκα ἄλλου, ἐκείνου ἕνεκα*

D γένηται· κατέπεσε γὰρ οὐ τοῦ πατάξαι ἕνεκα ὁ λίθος. ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἄρα κατέπεσεν ὁ λίθος· ὅτι πέσοι ἂν ἀπό τινος, καὶ τοῦ πατάξαι ἕνεκα. 9 Μάλιστα δὲ ἐστι χωριζόμενον τὸ ἀπὸ τύχης ἐν τοῖς φύσει γινομένοις· ὅταν γὰρ γένηταί τι παρὰ φύσιν, τότε οὐκ ἀπὸ τύχης, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ ταὐτομάτου γεγονέναι φαμέν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἕτερον. τοῦ μὲν γὰρ ἔξω τὸ αἴτιον, τοῦ δὲ ἐντός. 10 Τί μὲν οὖν ἐστι τὸ αὐτόματον, καὶ τί ἡ τύχη, εἴρηται, καὶ τί διαφέρουσιν

